

Res gesta lecta vel audita si singularis fuerit aut nobilis, nedum auditum delectat, ymmo<sup>a</sup> in agendis plerumque dirigit et informat iuxta illud poeticum<sup>b</sup> A bove maiori discit arare minor. Hac ratione ni fallor historiographi et cronographi<sup>c</sup> permoti res gestas terrarum et civitatum cum tanta diligencia scribere curaverunt, ut legentes seu audientes qualem- cunque habeant temporis deductorum et in agendis exemplarem capiant informacionem non tamen malorum sed bonorum vestigia imitari. Historiam itaque Tremoniensis opidi<sup>d</sup> ex eadem causa ad amicorum instanciam iuxta imperfectum colligere cupiens protestor me in famosis moderniorum cronicis, puta Martini, Vincencii, Hinrici<sup>e</sup> de Her- vordia, qui omnes fuerunt de ordine predicatorum, aut eciam in gestis Karoli<sup>f</sup> Magni nulla specialia de fundacione opidi Tremoniensis reperisse, in quibus neque de fundacionibus quarundam aliarum magnarum Westphalie civitatum specialia aliqua puto reperiri. Certum quippe est Gregorium Turonensem, qui gesta Karoli in Westphalia patrata fideliter conscripsit,<sup>1</sup> aliquarum minorum civitatum et locorum mentionem fecisse, puta Padelborne, Lipspringe<sup>g</sup>, Boickholt<sup>h</sup>, Dethmole<sup>i</sup>, Mersborgh<sup>k</sup>, Syborsch<sup>l</sup>, Osenbrugge<sup>m</sup>, Duisbergh<sup>n</sup><sup>2</sup>, Sunnendail<sup>o</sup> etc., sed de Tremonia, Sozato<sup>p</sup> et Monasterio per nominum expressionem nichil<sup>q</sup> in eo<sup>r</sup> puto reperiri.

<sup>a</sup>imo B <sup>b</sup>poetarum C <sup>c</sup>Chronographi B <sup>d</sup>immer <sup>e</sup>Oppidi B <sup>f</sup>immer

<sup>g</sup>Henrici BC <sup>h</sup>immer <sup>i</sup>Caroli BC <sup>j</sup>immer <sup>l</sup>Lypspringe B <sup>k</sup>Boickholt B

Boicholdt C <sup>l</sup>Detmolde B Detmelde C <sup>m</sup>Mersbergh B Mersburgh C

<sup>1</sup>Sybergh C <sup>n</sup>Osnabrugge C <sup>o</sup>Dusbergh C <sup>p</sup>Sunnendall BC <sup>r</sup>Susato BC

<sup>q</sup>nil BC <sup>r</sup>in re C.

<sup>1</sup> Vgl. die Einleitung.

<sup>2</sup> Osenbrugge u. Duisbergh nennt Einhard nicht.

Quapropter prefatas civitatas non ante Karoli tempora, sed post edificatas fore non irrationabiliter plerique opinantur aliis contrarium asserentibus, presertim cum in edificiis iste videntur antiquiores. At quidquid<sup>a</sup> sit de isto opido, Tremoniam ante tempora Karoli a Romanis constructam vulgi communis opinio et scriptura in quibusdam chartulis inventa asserit et affirmat, unde ab hiis<sup>b</sup> licet tenuis auctoritatis<sup>c</sup> fundamentum multorum infra dicendorum accipere necesse est. Cerciora eciam gesta Tremoniensium, que conscripta et in domo consulum reposita fuerant, in generali civitatis incendio<sup>1</sup> in eadem domo combusta creduntur. Preterea etsi pauca de hiis, que de Tremonia dicenda sunt, in famosis cronicis reperiantur, non tamen despicienda sunt aut omnino

Isid. 15, 1. tamquam<sup>d</sup> falsa abicienda<sup>e</sup> teste Ysidoro<sup>f</sup> lib. ethimol.<sup>g</sup> 15. c. 1:<sup>h</sup> Nec historicos nec commentatores varia dicentes imperiti<sup>i</sup> condempnare<sup>k</sup> debemus, quia antiquitas ipsa creavit errorem. Hec ille. Dicturus itaque de gestis Tremoniensium de locacione ipsius opidi, in qua videlicet orbis regione et provincia ipsa Tremonia sit situata, incipiendum deliberavi. In ipso vero excessu<sup>l</sup> ex famosis cronicis nonnulla interserere curavi, que digna videntur memoriis hominum commendari: eciam<sup>m</sup> posui, quibus sola fide dignorum relacio prebet testimonium veritatis.

Barthol. de proprie. r. 15,  
c. 1. Isid. 14, 2. Orbis trifarie<sup>n</sup> divisus est, Ysidorus ut ait lib. 14. ethimol. Nam una pars Asia, alia Europa, tercia Apfrica<sup>o</sup> appellatur. Has filii Noe post diluvium inter se diviserunt, ut Sem cum posteritate Asiam, Japhet Europam, Cham Apficam possideret, ut glos. dicit supra Barth. 15, 2. genes. 10. Asia media pars creditur esse orbis et ex nomine cuiusdam mulieris, que apud antiquos regnum tenuit orientis, est appellata, Isid. 14, 3. Barth. 15, 19. ut dicit Ysidorus lib. 15. ethimol. Apfrica secundum quosdam ab

<sup>a</sup> quicquid BC <sup>b</sup> his BC <sup>c</sup> auctoritatis B <sup>d</sup> tanquam B <sup>e</sup> immer  
<sup>f</sup> Isodoro C <sup>g</sup> Etymol. B Aetymolj C <sup>h</sup> 17 cap. 1 B fehlt  
<sup>i</sup> imperite Isid. <sup>k</sup> condemnare B <sup>l</sup> immer, fehlt C <sup>m</sup> processu B von  
jüngerer Hand corrigirt <sup>n</sup> nonnulla vor eciam B am Rande von jüngerer  
Hand <sup>o</sup> trifariam B, trifarie C, Barth. und Isid. <sup>o</sup> Aphrica B immer  
Afphrica C (?) <sup>p</sup> appellatur Barth. nuncupatur Isid.

<sup>1)</sup> im Jahre 1297, wie B am Rande vermerkt.

Afer filio Abrahe nominata est. Europa vero ab Europa filia Agenoris<sup>a</sup> regis Lybie est vocata, ut diffusius narrat Ysidorus<sup>b</sup> ubi supra. Porro inter regiones nobiles, quas continet Europa, Almanniae<sup>c</sup> seu Teutonia minima non est. Almannia siquidem Barth. 15,13. nobilis et generosa regio a Lemanno fluvio ultra Danubium secundum Ysidorum sic vocata est, ubi incole illius terre prius habitaverunt. Et est Lemannus fluvius citra Alpes. Teutonia eciam cf. Ess. p.22. Jord. dicitur eadem terra a quadam muliere nomine Teutonica, a qua juxta Osnabr. 4. quosdam<sup>d</sup> gigantes processerunt, qui postmodum Teutonici sunt nominati. Priamus enim, ut isti asserunt, post destructionem Troiane urbis<sup>e</sup> ad Gallicos<sup>f</sup> processit et eos, qui circa latus<sup>g</sup> Renif<sup>h</sup> habitabant, expulit, civitates et municiones constituit et Zanctis, que minor Troia vocabatur et Veronam i. e. Bunnam in litore<sup>i</sup> Reni edificavit acceperuntque sui coniuges de mulieribus Teutonicis eo, quod essent corporalente<sup>j</sup> et habiles<sup>k</sup> ad propagandum proles forciores.<sup>l</sup> Processerunt enim a Teutonica muliere sic dicta gigantes,<sup>m</sup> a quo Teutonici sunt nominati. Hec ex quadam cronica licet tenuis auctoritatis. Sed Servius, cui in hac materia magis credendum est, dicit quod Teutonici dicti sunt a Teutates deo, quem gens illa ydolis<sup>n</sup> deserviens colere consuevit. Teutates sive Teucates<sup>o</sup> idem est, quod Mercurius, qui eciam Edan vocabatur. Hii tres dii Teutonicorum, scilicet Mercurius, Mars, Jupiter, sangwine<sup>p</sup> humano placabantur, et ab hiis regio eorum nomen accepit et gens. Hec Servius, concordat Huguicondus. Mercurius dicitur Teutates a theos, quod est deus, et tates i. e. mors, quasi deus mortis, quia sangwine<sup>p</sup> humano placabatur. Nisi Teutonici a feritate sic dicti. Hec ille. Preterea hec Teutonia seu Almannia multas continet nobiles provincias, inter quas est Westphalia commendabilis et laude digna, que antiquitus Saxonia nominari consuevit. Unde sanctus Bonifacius in epistola ad Ethobaldum Vinc. 23,157. Anglorum regem de hac provincia sic inquit: In antiqua Saxonia, ubi nulla est Cristi agnicio, si virgo in paterna domo sive<sup>r</sup>

<sup>a</sup>Agenorum abgekürzt B <sup>b</sup>Isod. B <sup>c</sup>immer <sup>d</sup>Alemania B <sup>e</sup>meist <sup>f</sup>so Ess., Gallicas und eas, quae — expulit civitates, B <sup>g</sup>littus Ess. <sup>h</sup>Renif<sup>h</sup> B <sup>i</sup>immer <sup>j</sup>littore B <sup>k</sup>immer <sup>l</sup>corpolenti B <sup>m</sup>ihorribiles B <sup>n</sup>so Ess., fortiores enim processerunt B <sup>o</sup>dicta, gigantes a qua B <sup>p</sup>authoritatis B <sup>q</sup>immer <sup>r</sup>idolis B <sup>s</sup>immer <sup>t</sup>Theutates sive Theutanes Ess. <sup>u</sup>sanguine B <sup>v</sup>immer <sup>w</sup>so Vinc., Ethelbaldum Hervord, fehlt bei Ess. <sup>x</sup>vel Vinc. und Ess.

<sup>1)</sup> d. h. nach Jord. Osnabr. a. a. O.

<sup>2)</sup> post Troje destructionem hat nur Jord. v. Osn.; alles Andere nach Ess.

maritata sub coniuge fuerit adulterata, manu propria strangulatam parentes<sup>a</sup> cremant et super fossam sepulte<sup>b</sup> corruptorem suspensum aut cingulotenus<sup>c</sup> vestibus abscissis flagellant eam caste matrone et cultellis pungunt, et de villa in villam misse occurrunt nove flagellantes,<sup>d</sup> donec interimant.<sup>e</sup> Et concludit idem sanctus epis-

Ess. p. 32. tolam dicens: Si ergo gentes, que Deum ignorant,<sup>f</sup> zelum castitatis habent, quid ergo tibi convenit, qui cristianus es?<sup>g</sup> Adver-

cf. Ess. p. 23. cf. Ess. p. 23. tendum autem est, quod illa pars Saxonie, que est inter Wiseram<sup>h</sup> et Albiam, olim dicebatur Saxonia nova aut superiori<sup>i</sup> orientalis, illa vero, que est inter Wiseram et Renum, dicebatur Saxonia antiqua seu occidentalis. Prima autem suo nomine retento usque hodie Saxonia dicitur, secunda vero nomine suo amissok non Saxonia, sed Westphalia ab omnibus nominatur. De

ib. 44. hac mutacione nominis pauca proferam. Afferunt aliqui Westphaliam nomen accepisse a decepcione seu fallacia, qua Karolum Magnum in fidei promissis sepius decepti, unde datum hoc nomen: Westphalia<sup>l</sup> compositum esse a west teutonico, quod nominat differentiam positionis sc. occidentis, et phalia francice,<sup>m</sup> quod est fallacia seu decepcion latine, quasi fallaces occidentales. Non enim aliqua provincia per Karolum ad fidem reducta tocies eum fecellit ad gentilitatem redeundo sicut Westphalia. Nam in triginta annis, quibus contra eos et Saxones pugnavit, vix tandem in fide eos firmare potuit, propter quod tempore Karoli Westphali sunt nominati, qui inter Renum et Wiseram habitant, alii autem Saxones inter Wiseram et Albiam ex eadem causa Ostrophali dicti sunt, et utroque nomine sepius utitur Gregorius Tironensis in sua cronica de gestis Francorum<sup>1</sup>. Ostrophali tamen propter principes Saxonie, qui ibidem sedes habuerunt, hoc nomine abolito primum nomen sibi recuperaverunt et sicut olim sic hodie Saxones dicuntur. Quidam autem alii cronographi satis famosi Westphalos ob alias rationes sic dictos affirmant. Nam frater Hinricus de Hervordia ordinis predicatorum libro suo de temporibus et rebus memorabilioribus mundi 2.

Herv. a. 780. parte 6. aetatis cap. 68. de hac materia sic dicit: Karolus duo bella omnium suorum bellorum maxima et periculosissima habuit cum

<sup>a</sup> parentes fehlt bei Vinc. und Ess. <sup>b</sup> sepulturae Ess. <sup>c</sup> cingulo renis B <sup>d</sup> so Vinc., flagellatrices Ess. <sup>e</sup> interimat B <sup>f</sup> so Essen, Deum ignorantes Vinc. <sup>g</sup> so Ess., es et rex Vinc. <sup>h</sup> Weseram B immer vielleicht ist superior i. e. zu schreiben. <sup>k</sup> amissa B <sup>l</sup> mit Westphalia beginnt A <sup>m</sup> francice am Rande von erster Hand, francico Ess. <sup>n</sup> propter abgekürzt A, super B <sup>o</sup> sibi abgekürzt A, sic B.

<sup>1</sup>) d. h. Einhard, s. o.

Saxonibus rebellibus, unum iuxta montem Osnyncka in loco, ubi <sup>Ess. p. 49.</sup> est opidum Dethmole distans a Lemagoub ad unum miliare, et alterum iuxta fluvium Hasa, quod<sup>e</sup> fluit circa Osenbrugh, ubi magna plaga occidit Saxones et ultra Wiseram residuos cum Widekindo eorum principe fugere coegit. Karolus autem, ne patria, de qua antiquos Saxones fugaverat, deserta et desolata maneret et habitacionibus careret, de Francia, Effaya, Hasbania et Ardania populum novum introducens ad decem milia dedit<sup>d</sup> eis terram perpetuo possidendam. Et extunc Saxones ultra Wiseram versus orientem manentes Oestphali i. e. orientales socii, versus occidentem vero Westphali i. e. occidentales socii nuncupantur. Componitur enim Westphalus a west teutonico, quod nominat plagam occidentalem, et phalos, quod ab antiquioribus pro sociis exponitur, et sic Westphalus idem est quod occidentalis socius. Westphalie provinciam commendat Bartholomeus libro 15. de proprietatibus rerum cap. 169. inter cetera dicens: Westphalia nobilissimis fluviis duobus cingitur sc. Reno et Wisara. Renum tangit versus occidentem et septentrionem, Wisaram versus orientem. Et est terra multum nemorosa et pascuosa, plus alendis gregibus quam ferendis fructibus apta. Multis fontibus et ampnibus est irrigua, Lippia sc. atque Rura et multis aliis. Fontes habet salis et montes fertiles in metallis. Habundet terra fructibus, glandibus, nucibus atque pomis et feris porcis, pecudibus et iumentis. Populus communiter elegantis stature est et procere, venuste forme, et fortis corpore et audax mente. Miliciam hacet copiosam ac mirabiliter animosam, promptam ad arma continue et paratam. Civitates habet fortes et munitas, castra fortissima et opida tam in montibus quam in planis. Hee ex Bartholomeo.

In hac Westphalie provincia comezia quedam dicta de Marka est situata, ex nobilibus Romanis exorta, ut in sequentibus patebit. Dicitur autem Marca quasi Martem collens. Nam Markenses Martem pre ceteris Westphalis sub gentilitate colere consueverunt. Nunc quidem sub cristianitate etsi Martis ydolum non adorant, Martem tamen deum belli pre ceteris venerantur, dum inter se ex adverso in terra propria gwerras suscitant, bella<sup>f</sup> movent, depauperant rapinis, devastant incendiis: servientesque<sup>g</sup> deo belli, id est

<sup>a</sup>Osningh Herv. <sup>b</sup>Lemegawe <sup>c</sup>so A B <sup>d</sup>so <sup>e</sup>so <sup>f</sup>A B abgekürzt und Barth., comiter B <sup>f</sup>bella — pacis hat eine dritte Hand Hand in A ausradiert und dazu am Rande bemerk't hic zoilus..., B schreibt einfach suscitant, Quapropter dominum etc. <sup>g</sup>Similiterque?

ib. 50.

ib.

ib. 63.

ib. 44.

Barth. 15.  
170.

diabolo servientes deum pacis, id est dominum nostrum Jhesum Christum offendunt ac per hoc ad eterne pacis requiem nequeunt pervenire. In medio itaque huius Markensis comecie ipsa Tremonia, civitas imperialis et laude digna, est situata, soli imperatori subiecta, cui iuramenta prestat fidelitatis, imperialique gaudens libertate. Ob qnam tuendam conservandamque multa sustinuit ac hodie sustinet ab emulis presertim vicinis incommoda, quibus ob idipsum experyencia docente exstat odiosa. Nec mirum, quia sola miseria caret invidia: servitus enim miseriam sepius experitur, quam libertas prorsus ignorat.

Premissa itaque omnia colligat diligens lector et inventiet Tremoniam sitam in Europa, in Teutonia, in Westphalia et in comecia de Marka. Ex primo habet aeris sanitatem, quia in Europa teste Plinio<sup>1</sup> est aer magis temperatus. Asia enim calorem solis habet nimis remissum, Apfrica vero nimis intensem. Ex secundo habet personarum proceritatem, quia ex Teutonia processerunt viri personati et elegantis stature, ut patet ex hiis, que dicta sunt. Ex tercio habet societatis honestatem, quia Westphali ex societate sic dicti sunt, ut supra dictum est. Ex quarto habet bellandi virilitatem, quia Markenses deum belli colere consueverunt.

De constructione seu fundacione Tremonie consequenter dicturus Ysidori dicta premitto, qui in libro ethimo-

Isid. 15, 1. logiarum 15. cap. 1. sic dicit: De auctoribus conditarum urbium plerumque dissensio invenitur, adeo ut nec urbis quidem Rome origo

Sall. Cat. 6. possit diligenter agnosci. Nam Salustius dicit urbem Romam a Troyanis ab inicio conditam, alii dicunt ab Evandro, alii a Romulo.

Si igitur tante civitatis certa racio non appareat, non est mirum, si in opinione aliarum dubitatur. Hec Isidorus. Non ergo ab inicio sunt despicienda, que de edificacione Tremonie secundum vulgi opinionem sunt dicenda. Sciendum igitur quod

cf. Isid. 1. c. prima omnium civitatum a Caym filio Adam est edificata. Unde Gen. 4, 17. gen. 4. legitur: Cognovit Chaym uxorem suam, que concepit et peperit Enoc. Et edificavit civitatem, quam ex nomine filii sui Enoc

<sup>1)</sup> Bei Plinius nicht zu finden.

nominavit. Josephus dicit: Quia Caym rapinis et violencia opes congregavit, suos ad latrocinia invitabat et simplicitatem vite hominum ad mensurarum et ponderum invencionem permutavit et ad calliditatem et corrupcionem perduxit, terminos terre primus posuit, civitates muravit et timens, quos ledebat, ob securitatem suos in urbibus collegit. Hec ille. Hec civitas cum aliis ante diluvium edificatis in diluvio perit. Post diluvium Judei asserunt Isid. 15, 1. Melchisedech condidisse urbem Salem, que postea a Salomone dicta est Jherosolima et hanc dicunt primam post diluvium. Sed Ysidorus 15. ethimologiarum capite 1. dicit Babiloniam<sup>a</sup> post diluvium esse primam, quam Nemroth<sup>b</sup> gigas fundavit et Semiramis regina Assiriorum eam ampliavit, ita ut murus huius in spissitudine quinquaginta pedes, in altitudine vero ducentos et circuitus eius sexaginta miliarium spacia mensurabatur. Ex hac quidem Babilonia surrexerunt, qui Treverim non solum Almanie, ymmo tocius Europe primam civitatem edificaverunt, ut in sequentibus declarabitur. Sciendum igitur quod tres sunt antiquiores civitates tocius Almanie sc. Treveris super Mosellam, que edificata est, postquam a creacione mundi fluxerant anni fere 3200, anno videlicet Abrahe 7. et steterat ante incarnationem Christi annis fere duobus milibus: Barnewyck super Elmenow, que condita creditur ante nativitatem Cristi annis fere nongentis, destructa<sup>1</sup> autem fuit a Hinrico Leone<sup>c</sup> duce Saxonie anno Domini 1189. (eius ruine cernuntur prope Lunenborgh), Colonia super Renum, que edificata est ab Agrippa sub Octaviano Augusto, cuius Agrippa gener erat. Imperavit<sup>2</sup> autem Octavianus annis 57. Anno<sup>3</sup> autem imperii sui 42. natus est Cristus dominus et salvator noster. Ex his habetur, quod Colonia circa nativitatem Cristi sit edificata, sed utrum ante vel post, ignoro.

Porro cum Treveris omnium Almannie civitatum sit prima, ideo ex Treverorum historia nostre Tremonie sicuti multarum aliarum Almannie civitatum fundacionem seu originem accipere necesse est.

Ninus igitur rex Assiriorum reginam Caldeorum duxit uxorem, gest. Trev. 1. ex qua generavit filium nomine Trebetam. Post mortem uxoris Se-

<sup>a</sup> Babilonem Isid. <sup>b</sup> Nembroth Isid. <sup>c</sup> Leonis A, fehlt B, doch hinter Luneborgh: Henricus Leo nominabatur dux ille.

<sup>1)</sup> destructa — 1189 bei Ess. 26.

<sup>2)</sup> imp. — 57 bei Vinc. 6, 43.

<sup>3)</sup> Anno — noster bei Vinc. 6, 88.

Joseph.  
antiqu. 1, 2.

ib.

cf. gest.  
Trev. 1.

miramem reginam Babilonie duxit uxorem et factus est dominus Babilonie, de qua supra dictum est. Ex hac genuit filium, quem ex suo nomine Ninum vocavit. Nino itaque patre ictu sagitte interempto Semiramem uxorem cum duobus prenominatis filiis reliquit. Semiramis igitur mulier lubrica Trebetam privingnum de nupciis sollicitavit eumque renitentem et rem tam turpem horrentem libidine et invidia stimulata neverca tam diu persecuta est renuentem, donec eum patria pelleret et regno. Expulsus igitur cum diu longeque navigando in mari vagasset, venit tandem ad Mosellam, in cuius litore urbem construit, quam ex suo nomine Treberim nominavit. Ante istam urbes in Europa non fuerunt. Trebeta igitur mortuo filius eius Hero in principatu succedens patrem combustum in vertice<sup>a</sup> . . . . montis tumulavit cum eo tabulam marmoream patris sui gesta insignia continentem hiis versibus exaratam recondens:

*Nini Semiramis, que tanto coniuge felix  
Plurima possedit, sed plura prioribus addit,  
Nec<sup>b</sup> contenta suis nec totis finibus orbis  
Expulit a patriae privingnum Trebeta regno,  
Profugus insignem nostram qui condidit urbem  
Treberis huic nomen dans ob factoris amorem,  
Que capud Europe cognoscitur anteritate.  
Filius huius Hero patris [hec]<sup>c</sup> epigramata pono,  
Cuius ad inferias hic cum Jove Mars tenet aras  
Sidere concordi, pax est non dissocianti.*

ib. 2.

Ista Treveris, que quondam Treberis, quatuor habuit portas glorioseissimas, inter quas illa, que respiciebat ad occidentem, ad litus Moselle constructa omnes alias precellebat, propter quod inclita vocabatur. Nam ante eam portus erat navium hinc inde per flumen venientium, pro quibus in nocte dirigendis auro, argento et lapidibus preciosis quasi sole, luna et stellis ornata porta ipsa adventantibus lumen prebebat. Et inter diversa palacia, templa et theatra erat in urbe templum unum insigne foris et intus auro decoratum, quod demonibus innumeris consecratum vulgus centifanum appellavit. Effigies demonum parieti inscriptas vel infixas reperiet adhuc si quis consideret diligenter in templi vestibulo.<sup>e</sup> Fecerunt autem [in]<sup>f</sup> honorem Mercurii, quem deum summum et inter deos et homines quasi mediatorem et arbitrum pacis quasi volare arbitrabantur, fornicem insinginem ex lapide quadro mire altitudinis, in quo ferream

<sup>a</sup> Die Lücke nur in A; Jurani oder Urani montis haben die Hss. C der gest. Trev. <sup>b</sup> Non lesen die besten Hss. der gesta <sup>c</sup> besser patrio mit Klasse A der gesta. <sup>d</sup> so gest. Trev., fehlt A B <sup>e</sup> ibi hist. Trev. <sup>f</sup> in gest. Trev., fehlt A B.

ib. 3.  
ib. 14.  
(hist. Trev.)

ymaginem Mercurii maximam quasi volantem dictu mirabilem in aere pendere fecerunt cum scriptura tali: *Ferreus in vacuis pendet caducifer auris.* Et ne istud alicui fictum videatur, testis adducatur. Nam Galba Viator Lucinio<sup>a</sup> sophistē de hac re sic scribit: *Audi preterea, quod mireris. Treveris in suburbio civitatis vidi ferream ymaginem Mercurii magni ponderis quasi volantem et in aere pendentem. Erat autem magnes in fornice unus et alius in pavimento, quorum naturalis vis e regione sibi ferrum attraxit, sicque ferrum ingens quasi dubitans in aere remansit.* Hec ille. Tanto itaque crevit Treverorum potencia, ut gest. Trev. 5. quinque maiores<sup>b</sup> Reni civitates et antiquiores postmodum constructas sibi facerent tributarias sc. Basileam, Argentinam, Spiram,<sup>c</sup> Magunciam<sup>d</sup> et Coloniam, ut habetur ex gestis Treverorum. Flo- ib. 8. rebat itaque Treveris magna gaudens potencia usque ad Troyano- rum excidium et Romane urbis exordium. Troya etenim de- structa Troyani fuga dispersi Alimanese sibi sedes quere- bant et in diversis mundi partibus diversas civitates fundaverunt. Nam Eneas et Priamus, magni Priami nepos, cum multis Troianis peragrantes Apfricam pervenerunt ad Italiam et de Enea descendenterunt, qui Romanū edificaverunt. Roma<sup>e</sup> enim primo Saturnia a Saturno rege fuit dicta, qui incolas primitus terras colere docuit, et ideo propter saturitatem inopinatam Saturnum ipsum vocaverunt et tandem ipsum pro deo in numero stellarum ponentes coluerunt. Postea Romani a Latino rege Latini sunt vocati. Deinde a Romulo ab Enea descendente urbemque ampliante et mu- rante Romani sunt dicti. Postea Quirites vocati sunt, quia Quiritus f Romulus vocabatur, semper enim hasta utebatur, que lingua Sabi- norum quiris dicitur. Ab Enea itaque Troyano descenderunt Romani. Priamus autem Troyanus et Anthenor relicto Enea in of. Ess. 22. Jord. Ytalia circa Meotides palludes habitare ceperunt et Alanos i. e. ho- mines sic dictos Romanis infestos pugna vicerunt et Romanis subiu- gabant et liberi facti sunt a tributo decem annis, a qua<sup>f</sup> libertate Francos se nominaverunt. Francus enim est quod liber. A Priamo igitur Troyano descenderunt Franci, quorum primus dux ipse erat, ut colligitur ex cronica Gregorii. Deinde transacto decennio Romani Franc. 2. a Francis tributum exigunt, Franci negant et exactores interimunt, bellum indicitur, Franci a Romanis vincuntur Priamo duce et Anthenore occisis. Marcomirus autem Anthenoris filius cum viginti tribus milibus litus Reni occupabat et in inferioribus Reni partibus Zanxtroyani, que nunc Zanten dicitur, civitatem potentissimam, cum suis edificavit, ut

<sup>a</sup> Lucino A <sup>b</sup>nobilissimas gest. <sup>c</sup> Wangiam gest. <sup>d</sup> Magonciam gest.  
<sup>e</sup> ? <sup>f</sup> Quirinus Isid. B.

<sup>1)</sup> Roma — dicta und postea — vocati Isid. 9, 2; Deinde — dicitur ib. 15, 1. <sup>2)</sup> a qua — liber nur bei Jord. Osn.

habetur ex speculo historiali. Dicitur eciam edificasse Veronam, que nunc Bunna dicitur. Marcomirus igitur Romanis resistere cogitans et francus i. e. liber a tributo esse volens cum Treverensibus pacem firmavit et amiciciam ibique sedem regni sui instituit<sup>a</sup>. Tanto itaque crevit Romanorum potencia, ut Varro testatur<sup>1</sup>, quod non fuit aliquis orbis angulus, qui Romani exercitus non presenserit gladium. Marcomiro<sup>2</sup> autem cum assistencia Treverensium tributum negante grande bellum indicitur inter Romanos et Treverenses, quo durante in diversis aggressionibus nunc isti nunc illi victoria potiti sunt. Tandem tamen Romani Treverenses debellaverunt ipsorumque civitatem et municiones fortissimas vastaverunt et totam terram sibi subiugaverunt. Preterea quia ambiciosorum corda dominio et honore saciari nequeunt, ymmo pluribus adeptis ad ulteriora semper anhelant, Romani successu temporis Renum transeuntes antiquam Saxoniam, que nunc Westphalia dicitur, totamque Saxoniam invadere proposuerunt. Nam Julius imperator, ut in cronicis legitur, pro subiugacione Saxonum nonnulla castra ab hac parte Reni forcia et insignia edificavit, scilicet Tuyicum, quod nunc vulgariter Duys dicitur, sed est vastatum et est ibi nunc monasterium ordinis sancti Benedicti. Aliqui dicunt Duys ideo sic dictum, quia lingua Teutonica, id est duysche sprake, ibi primo incepit. Sed hec racio videtur suspecta pro eo, quod nomen Latinum non videtur huic conformari. Tuicum enim a tueor videtur acceptum, quod idem est quod defendere, et dicitur Tuicum quasi tuicionis locus: ibi enim, ut puto, Romani contra Westphalos se recipiebant et defendebant. Ideo eciam Julius in Novimadio castrum gloriosum, quod hodie cernitur, edificavit, ut testatur antiqua scriptura ante ianuam capelle in lapide ibidem exarata.

Romanis itaque Westphaliam subiugare incipientibus magnam resistenciam passi sunt ab hiis, qui erant in quodam Westphalie castro dicto Monde quasi sine monte. Erat enim in plano et non in monte situatum, ab utroque latere villam habens, quarum una nova villa, reliqua antiqua villa nominari consuevit. Romani igitur, ut in Westphaliam liberum haberent transitum in potentia exercitus, castrum obsederunt et longa obsidione ipsum sepius aggredientes contra castrenses viriliter se defendantes clamare consue-

<sup>a</sup> so B, instituens A.

<sup>1</sup>) nicht bei Varro zu finden. <sup>2</sup>) Woher die Worte Marcomiro — exarata genommen sind, weiss ich nicht.

verunt Trot, trot, quasi dicerent: *non sitis ausi defendere vos et ledere nos, quia forciores vobis sumus et in fine male habebitis.*’ Saxones igitur, qui nunc Westphali, hanc vocem trot trot sepius audientes et de ea non curantes Romanos yronice Trotmenne nominaverunt. Castro tandem a Romanis devicto et ab eis possesso dictum nomen, scilicet Trotmenne, eis permansit et castrum Trotmannia dictum est. Inde est quod Tremonia a quibusdam Trotmannia dicitur, ut patet in lectionibus de sancto Reynoldo. Deinde Romani propter loci aptitudinem predictas duas villas coniunxerunt et opidum ibidem edificare inceperunt, quod ex nomine villarum et castri vulgares Dorpmunde nominaverunt. Aliqui vero ex solo castro opido nomen imponebant dicentes vulgariter Dortmund quasi Trotmunde, ut trot sit vox comminacionis et munde nomen castri. Nec dubitandum videtur de hiis, que de castro dicta sunt, cum in ipso opido sit una porta<sup>a</sup>, que usque hodie borgporte<sup>1</sup> dicitur, et extra portam locus quidam, qui castrum dicitur, Teutonice up der borch<sup>2</sup>. Ipsa vera platea, que ad dictam portam dicit et ad locum castri, bruggestrate<sup>3</sup> dicitur, quia forte ibi antiquitus erat pons ducens ad castrum. Investigandum quoque est, cur illa, que quondam Trotmannia, nunc ab omnibus Tremonia dicatur. Pro quo sciendum, quod cum Treverenses, Maguntinenses, Colonienses et tota fere inferior Gallia, que bracata dicitur et Reno adiacet, fidem Cristi accepisset, Saxones antiqui, qui nunc Westphali, in sua perfidia manentes fidei Cristiane colla submittere nolebant, sed demonibus sacrificantes tria illa ydola, de quibus supra dictum est, scilicet Mercurium, Martem et Jovem, qui fuerunt dii Teutonicorum, colere consueverunt: et quia horum in Tremonia fuit fortassis solempnior enltura, ideo populus Cristianus in vicinis civitatibus Trotmanniam yronice Tre-

<sup>a</sup>porta aus platea und borgp. aus borgstrate verbessert von erster Hand in A.

<sup>1</sup>) Burgthor, im Norden der Stadt. <sup>2</sup>) jetzt Auf dem Berge.

<sup>3</sup>) Brückstrasze.

moniam nuncupabant. Dicitur enim Tremonia, ut aliquibus videtur, quasi tria colens demonia. Verum quia iam mutatus est cultus, a quo Tremonia nomen accepit, merito secundum cultum presentem mutanda est nominis exposicio, ut sicut a cultu ydolorum quondam Tremonia est vocata, sic a cultu dei Cristianorum idem nomen non improprie sibi conveniat. Hoc ergo nomen Tremonia a tribus dictionibus, Latina scilicet, Greca et Hebraica non absque misterio compositum mihi videtur. Tres enim est dictio Latina, monos Greca, ya Hebraica. Et vide quam evidenter in hiis exprimitur fides catholica. Tres enim numerum ponens ternarium designat personarum trinitatem, monos Grece est unum Latine secundum Huguicundum<sup>a</sup> et denotat essencie unitatem, ya Hebraice est unum de decem nominibus Dei, ut dicit Ysidorus 7. ethimologiarum cap. 1. Dicitur ergo Tremonia quasi colens Deum trinum et unum, trinum in personis, unum in essencia. O vere nobile nomen Tremonia, nedum fidem Cristianam includens, ymmo ex tribus nobilissimis mundi linguis compositum<sup>b</sup>, quibus eciam glriosus ille crucis titulus triumphalis compactus esse non dubitatur. Alia nichilominus potest eiusdem nominis composicio non improprie assignari, ut videlicet compositum dicatur a tremor, quod idem est quod timor, et ya, quod est nomen Dei, ut secundum hoc dicitur Tremonia quasi habens tremorem seu timorem Dei. O felix Tremonia, qualia in tuo nomine video inclusa mysteria! O Tremonia, iam amplius noli colere tria demonia, superbiam videlicet, avariciam et luxuriam, quin ymmo hiis abiectis viciorum ydolis Deum trinum et unum per veram latriam venerari stude! O beata Tremonia, si tremor Dei in tuo expressus nomine tecum eciam habitet in urbe! O regalis Tremonia, trem Deum super omnia, ut ipso monente precepta Dei custodias, leges iustas statuas, iusta iudicia facias, rempublicam ultra propriam diligas, concordiam intestinam foveas,

<sup>a</sup> so A abgekürzt, Hugonem B. <sup>b</sup> vor quibus hat A das Zeichen √

und am Rande . . ns, B unpassend Christus.

pauperem non opprimas, pupillos, viduas et orphanos defendas, religiosos et presbiteros honores et in ecclesiasticis libertatibus manuteneas, sciens quod omnis lex contra libertatem ecclesiasticam instituta mala est et iniqua ipsisque legislatoribus propter sentenciam excommunicacionis, quam ipso facto incurunt, dampnabilis et periculosa! Utinam, Tremonia, adverteres tui nominis ceremonias<sup>a</sup>: invenires plane in eo omnia tibi ad salutem necessaria. Habes profecto in tuo nomine, in quem sit credendum, quia in Deum trinum et unum, habes nichilominus in eo stimulans ad operandum, scilicet tremorem Dei. Fide autem et opere salutem mereri quis ignorat?

Congruit consequenter narrare, quomodo Tremonia abiecta ydolatria ad fidem catholicam sit perducta. Pro cuius recitacione oportet pro vero supponi ipsam Tremonię in generali Westphalorum et Saxonum conversione ad fidem perductam: propter quod de conversione Westphalorum, qui quondam antiqui Saxones dicebantur, historia nostra prosequenda est.

Princeps apostolorum Petrus, primus pontifex Romanus, fidem Cristianam per universum mundum dilatare cupiens ad diversas orbis partes ob predicacionis graciam discipulos destinavit. Erant autem suo tempore in Theutonia tres famose civitates, scilicet Treveris, Bardowyck et Colonia, de quibus dictum est supra. Misit itaque sanctus Petrus in Bardowyck, que fuit metropolis Saxonie, sanctum Egistum, qui fuit unus de septuaginta duobus discipulis. Hic ibidem occisus martirium complevit et eius reliquie in eodem loco nunc venerantur. Ad Treverim et Coloniam misit sanctos Eucharium presbiterum, Valerium diaconum et Maternum subdiaconum. Eucharius factus est primus Treverensis episcopus, cui successit Valerius, post quos multiplicato fidelium numero Maternus fit simul episcopus Treverensis, Tungrensis et Coloniensis. Igitur cum regio Treverorum ac partes Ribuariorum, quorum metropolis erat Colonia, ut dicit Gregorius, fidem Cristi receperissent, Saxones ipsi velud lapides durissimi in sua pertinacia sub idolorum cultura permanserunt. Tandem post multos annos sanctus Wilbordus de Anglia in Galliam venit et inde ad Frisiam, quos convertens factus est primus episcopus Traiectensis, id est Utrecht.

cf. Ess. p. 25.

ib. 26.  
ib. 25.

cf. gest. reg.  
Franc. 38.

cf. Ess. 26.

ib. 32.

<sup>a</sup>cerimonia A, ceremonias B

Herv. a.693. Hic inter duodecim socios, quos secum duxerat, duos habuit presbiteros et uteque Ewald vocabatur, unus capillis nigris, alias albis, propter quod unus niger Ewaldus, alter vero albus Ewaldus dictus fuit. Hi duo tempore Justiniani secundi, anno scilicet Domini 693., ad Saxones antiquos, id est Westphalos, transierunt fidem Cristi eisdem predicare volentes. Ad quorum terram venientes a quodam villico hospicio recipiuntur. Quo intelligente, quod satrapam eorum ad aliam fidem trahere vellent et totam provinciam in novam culturam mutare proponerent, dictus villicus adiutorio vicinorum satrapa ignorante utrosque occidunt. Non enim isti Saxones regem habuerunt, sed satrapas plurimos. In loco autem, ubi occisi sunt, fons fertur ebullisse, qui ibidem usque hodie perfluit. Horum corpora nocte celesti numine ostenduntur, unde postea iussu Pipini primi, qui pater fuit Caroli Marcelli, in Colonia sepeliuntur. Venerantur autem ibidem apud Sanctum Kunibertum et habent tumbas argenteas. Festum eorum celebratur in vigilia sancti Francisci. Racionabile satis esset hoc festum a Westphalis, qui eos occiderunt, solempnius celebrari, ut sic contumeliam honore redimerent, quemadmodum Angli faciunt festum sancti Thome, quem occiderunt, solempniter celebrantes. Predictis igitur duobus martiribus occisis tandem anno Domini 730. sanctus Bonifacius de Anglia Romam veniens a Gregorio papa post Gregorium Magnum secundo tocius Germanie fit legatus, ut eos, qui adhuc in Germania tenebris perfidie tenebantur, illuminaret. Hic sedem episcopatus sui posuit in Magunciam et Francis, Thuringis ac Frisonibus predicavit. Saxonibus eciam ewangelizare cepit, sed parum profecit: nam in tota Saxonia, antiqua scilicet et nova, non nisi unum comitem cum sua familia Domino lucratus est. Erat enim in diebus illis comes quidam de Osten, nunc vero de Osen, dictus, Eberward<sup>a</sup> nomine. Hic prope Hamele in monte Wengerberch castrum habuit. Hunc cum sua uxore Connegundi<sup>1</sup> de progenie Wedekindi, regis Angarie, sanctus Bonifacius baptisavit et virum Cristianum, mulierem vero Cristianam in regeneracione nominavit. Hii quia prole carebant, totam villam Hamele, cuius dominium habuerunt, cum multis prediis in usum ecclesie dederunt. Sanctus autem Bonifacius ecclesiam in Hamele fundavit in honorem sancti Romani predecessoris sui constituens ibidem viros gloriosos sub habitu canoniconum regularium. Postea tamen tempore Karoli Magni

<sup>a</sup>Elewart Essen p. 56.

<sup>1</sup>) Die folgenden Zusätze sind wohl aus Hermann von Lerbeke entlehnt.

Leo papa tercius hanc ecclesiam in honorem sancti Bonifacii consecrat eo post mortem canonizato. Martirizatus est autem sanctus Bonifacius a Frisonibus anno Domini 755.

ib. 31.

Viso in precedentibus, quid gloriosus Deus gladio spirituali, id est verbo Dei, per suos sanatos episcopos et sacerdotes facere dignatus est, ut Saxones et Westphalos ad fidem Cristi alliceret, videndum est in sequentibus, quid operatus sit gladio materiali per suos fideles reges et principes, ut eosdem saltem ad fidem compelleret. Dignum quippe erat, ut qui amicabiliter invitati ad nupcias venire contempserunt, ad easdem tandem crudeliter persecuti venire compellerentur, quemadmodum parabola docet ewangelica<sup>1</sup>. Cum igitur Westphalia et Saxonia per reges Francie Cristianissimos post multa bella ad fidem Cristianam sit perducta, ex cronica Francorum nostra texenda est historia.

Primus princeps seu rex Francorum fuit Priamus Troyanus, ut gest. Fr. 1. supra patuit. Post hunc usque ad Clodoveum regem omnes intermedii reges infideles et pagani fuerunt ydola colentes. Anno igitur Domini 520<sup>2</sup>. Clodoveus fuit rex Francorum. Hic contra Saxones et Westphalos congressurus votum emisit de fide Cristiana suscipienda ad perswasionem uxoris sue, que Cristiana erat, si deo Cristianorum propicio victoria potiretur. Optenta itaque Victoria a sancto Remigio baptizatur et Cristianus efficitur, ut habetur in legenda sancti Remigii. Saxones autem sibi et suis successoribus fecit tributarios. Sed ipsis rebellantibus adiutorio Thuringorum Clodtarius filius Clodovei contra eos congregiens Victoria optenta subiugavit. Post istum regnum Francorum valde dilapsum est regibus fere septuaginta annis a solita fortitudine et bellicositate degenerantibus, propter quod Franci unum, qui precesset rebus bellicis, eligere decreverunt Anno igitur Domini 691. Pipinus primus electus est, ut rebus bellicis precesset, et maior domus vocatus est, quia post regem nullus eo maior fuit in domo regis. Huic in principatu successit Karolus Tutudes sive Marcellus,<sup>a</sup> filius eius, et fit maior domus princeps gloriosus. Qui moriens reliquit in principatu successores filios suos, scilicet Karolomanum et Pipinum secundum sive iuniorem.<sup>b</sup> Karolomanus potenter Westphaliam<sup>c</sup> intravit et cepit castrum Hoodseoborgh (nunc dici-

cf. ib. 6.

ib. 9.

ib. 15.

Ess. 27.

cf. Greg.  
Tur. 2, 31.

Ess. 27.

ib. 28.

<sup>a</sup> Martellus *Ess.* <sup>b</sup> nanum sive minorem *Ess.* <sup>c</sup> *Ess. hat stets Saxoniā für Westphaliā.*

<sup>1)</sup> Matth. 22, 2. <sup>2)</sup> so *anstatt* 481.

mus Hosenbrugge<sup>a)</sup> et Theodericum Saxonem loci illius primarium in dicionem cepit, qui eciam fideliter sacramenta prestitit eidem. Et quia dictus Thidericus anno sequenti sacramenta violavit, ideo Karolomannus et Pipinus valida manu perrexerunt in Westphaliam et Thidericus Saxo capitur ab eisdem. Anno autem Domini 744.  
ib. 30. huic Pipino natus est filius Karolus vocatus. De quo infra plura dicentur. Deinde post annos sex Franci de consensu Zacharie pape Childericum regem eorum deponunt tamquam regno inutilem et eo in monasterio<sup>b</sup> detruso Pipinum Karoli patrem, qui tunc maior domus fuerat, in regem unanimiter eligunt. Qui a sancto Bonifacio archiepiscopo Maguntino consecratur et in regem inungitur. Usque ad istum omnes reges Francie de genere Clodovei descendebant et per successionem sangwinis regnabant. Sed huic electo eius insignis posteritas multa per tempora post eum regnavit. Et sic regnum Francorum in persona Pipini translatum est ad Teutonicos, quia ipse cum omnibus liberis suis Teutonicus erat. Pipinus igitur cum rex factus esset, exercitum duxit in Saxoniam, ubi acerrime pugnatum est, sed Pipinus victor exstitit. In hoc bello Hildegarius episcopus Coloniensis a Westphalis in castro dicto Yborch occisus est in diocesi Osnabrugensi, ubi nunc est monasterium Premonstratensium, ut dicit Hervordia<sup>1</sup>. Sed Gregorius<sup>2</sup> dicit bellum commissum in diocesi Myndensi, ubi Karolus postmodum fundavit ecclesiam in honorem sancti Laurencii et nominavit villam a Remis metropoli Francie. Posset dici pro horum concordia, quod bis pugnatum sit. Saxonibus autem devictis et tributariis factis tandem Pipinus anno Domini 768. apud Sanctum Dionisium<sup>3</sup> mortuus est relinquens filios Karolomannum et Karolum iam reges per Stephanum papam inunctos, qui biennio simul regnant. Post duos annos mortuus est Karolomannus et remansit solus Karolus, qui solus cepit regnare anno Domini 770., anno etatis sue 24<sup>e</sup>.

De disposicione corporis sui, de moribus et gestis magnificis in terra sancta et in Hispania per eum factis inventur in historia, quam de eo singulariter collegi.

Hic est Karolus de Franconia Teutonie oriundus, filius Pipini regis ex Bertha filia Heraclii imperatoris Grecorum, unde in ipso genus Grecorum, Romanorum ac Germanorum concurrit et ideo


<sup>a</sup> Als Rubra Osenbrugh castrum cingitur A. <sup>b</sup> so anstatt monasterium A B. <sup>c</sup> 26 Ess.

<sup>1</sup>) Das Kloster nennt nur Johann v. Essen.

<sup>2</sup>) Nicht Einhard.

<sup>3</sup>) d. h. zu Tours, was Joh. v. Essen hinzufügt.

ad ipsum merito translatum est imperium. Hic est Karolus ab operum quantitate ac virtutis magnitudine<sup>a</sup> non incongrue Magnus nominatus. Hic est Karolus cara lux interpretatus, qui caram fidei lucem in Westphalos et Saxones multo labore transfudit. Hic est Karolus Teutonicorum decus et gloria, qui lingua Teutonica vocabula mensibus et ventis primus Herv. a. 768.  
imposuit, ut dicit Turpinus<sup>1</sup>. Nam Januarium Teutonice nomina- Einh. vit.  
vit Wintermaent<sup>b</sup>, Februarium Hornicke<sup>c</sup>, Marcium Lentzemaent, April Kar. c. 29.  
Oestermaent, Maium Wunnemaent, Junium Brackmaent, Julium Hoymaent, Augustum Aernemaent, Septembrem Wyenmaent<sup>d</sup>, Octobrem Wundenmaent<sup>e</sup>, Novembrem Herwestmaent, Decembrem Heilantsmaent<sup>f</sup>. Ventis eciam dedit duodecim nomina Teutonica, cum prius non haberent nisi quatuor, ut est infra scripta figura:



Postulat prosecucio historie, ut narretur<sup>g</sup> quomodo gloriosus Karolus Westphalos subiugavit ac eosdem ad Christianam fidem vi perduxit.

Anno igitur Domini 772<sup>h</sup>. Karolus Westphaliam ad fidem perducere proponens synodum tenuit apud Wormaciam. Et inde cum potenti manu Westphaliam<sup>i</sup> ingredi deliberatum est. Ingrediens itaque prospere cepit castrum Eresborgh, id est Mersborgh, quod a Mercurio nomen accepit<sup>k</sup>. Erat enim in loco illo tunc vastissimum ydolum tocius Westphalie, quod hermensuyl dicebatur a Hermes Greco, quod est Mercurius Latine, et sul Teutonico, quod est

Ess. 33.

ib. 34.

ib. 35.

<sup>a</sup> pro magnitudine felicitatis *Ess.* <sup>b</sup> immer maned für maent *Herv.*  
<sup>c</sup> Horning *Herv.* <sup>d</sup> Wytumaned *Herv.* <sup>e</sup> Wudemaned *Herv.* <sup>f</sup> Heylagemaned *Herv.*  
<sup>g</sup> narratur A. <sup>h</sup> 771. *Ess.* <sup>i</sup> Saxoniam *Ess.*, wie oben. <sup>k</sup> am Rande  
Mersbergh est prope Wartbergh ad 2 miliaria et dicitur nunc vulga-  
riter ten berge A.

<sup>1</sup>) Zu der unrichtigen Nennung Turpins scheint Ned. durch die Benutzung Heinrichs v. Herv. gekommen zu sein, bei welchem der Name kurz vorher (a. 768.) vorkommt.

statua Latine, quasi statua Hermetis, id est Mercurii. Erant in hac statua insculpte quator ymagines, scilicet Mercurii, Martis, Herculis et Apollinis. Nominabatur nichilominus a solo Mercurio tamquam a

ib. 36. principali et precipuo. Volens Karolus phanum hoc simpliciter destruere oportuit eum per dies aliquos ibidem stare. Cum autem aqua pro hominibus et pecoribus deficeret, divino miraculo in meridie cuncto quiescente exercitu fons erupit et aque largissime effuse sunt. Phanum autem predictum vix potuit Karolus in triduo funditus destruere. Quo destructo ad Sisiburgum<sup>a</sup> castrum gressum direxit.

Dicitur autem Sisiburgum vel Sigisburgum Teutonice Syborch distans uno miliari a Tremonia. Castrum ibi iam non est, sed ecclesia parochialis<sup>b</sup>, que a Leone papa creditur consecrata. Deinde veniens ad

ib. 37. castrum Hootseborgh, ubi nunc est civitas Osenbrugge, ecclesiam cathedralem Westphalie primam ibidem fundavit, quam postea dotavit, ut infra patebit. Posita autem in prenominatis

ib. 36. castris Francorum custodia Westphaliam se domuisse arbitra-  
ib. 37. tus est et inde recedens in Franciam reversus est et inde in Italianam pro expedicione quadam profectus est. Eo autem de Italia in Fran-

ciam reverso cum esset in Gelenheym<sup>c</sup>, Saxones comperit rebellasse et castrum Siborgh destruxisse Francis inde reiectis et occisis. Tunc misit exercitum contra eos et in omnibus victoriam optinuit.

Anno Domini 775. Karolus habitu consilio in villa, que dicitur Duria<sup>d</sup> (puto quod sit Duren<sup>1</sup>) cum magno exercitu Westphaliam ingreditur et Siborgh castrum reedificat. Inde veniens super

ib. 38. Wiseram ad locum dictum Bruensbergh<sup>e</sup> invenit Saxones et West-  
phalos ibidem congregatos, volentes impedire, ne rex per Wiseram

intraret, et commisso ibidem bello multis Saxonibus occisis reliqui in fugam versi sunt et Franci ambas ripas optinuerunt. Tunc rex exercitum dividens partem ibi pro custodia ripe relicta cum parte alia venit ad flumen Obacrum, id est Aucker<sup>f</sup> et fluit per Brunswyck. Ibi omnes Austrelindig Saxones, id est Zuetlender Sassen, venientes cum Assionon capitaneo suo obsides iuxta regis placitum dede-

ib. 39. runt. Rege autem ibidem exsistente<sup>g</sup> Westphali in loco dicto Ydbach, nunc Lubbeke dicto, congregati contra exercitum Francorum in ripa Wisere relictum pugnaverunt, et licet Franci optinerent victoriam, multi tamen eorum a Westphalis ibidem occisi sunt. Rege autem revertente in Westphalos irruit et stragem magnam in eis fecit et tandem dederunt illi obsides. Similiter Angarii in pago, qui dicitur

<sup>a</sup>Sigeburgum *Ess.* <sup>b</sup>capella *Ess.* <sup>c</sup>besser Ingilincheym *Ess.* <sup>d</sup>Durra *Ess.* <sup>e</sup>Brunesburch *Ess.* <sup>f</sup>Auaker *Ess.* <sup>g</sup>Austrelidi *Ess.* <sup>h</sup>so A abgekürzt, exeunte nach gestrichenem decedente B.

<sup>1)</sup> Düren.

Buda<sup>a</sup>, una cum Brunone et reliquis optimatibus suis obsides regi dederunt et rex cum preda magna in Franciam regressus est. Anno sequenti Westphali sacramenta violent, fidem irritant ac dolose castrum Mersborgh capiunt, Francos occidunt, muros castri eiciunt<sup>b</sup>. Inde autem progredientes simile in Siborgh attemptant, sed a Francis ibidem percussi et fugati usque ad fluvium Lippiam, ubi aliquibus eorum imperfectis reliqui castro recepti salvabantur. Rex autem Wormacie exsistens<sup>c</sup> sinodum celeriter congregavit et consilio accepto Westphalorum firmitates ut tempestas valida introivit. Westphali autem furorem regis metuentes ad locum, ubi Lippia consurgit<sup>d</sup>, id est Lipspringe, omnes confluunt et per vadum<sup>e</sup> manuum suarum se et patriam regi tradiderunt spondentes<sup>f</sup> se futuros Christianos. Tunc rex reedificavit castrum Mersborgh et castrum aliud super Lippiam, quod secundum Hervordiam dicitur Vechtelerg (ali- ib. 40. Herv. a. 778.) qui putant quod sit Vuchtelen<sup>1</sup>) et fuit regis Widikindi, ubi venientes Westphali in copioso numero cum parvulis suis baptisati sunt et obsides regi dederunt. Castellis vero predictis in<sup>h</sup> toto perfectis reliquit in eis Francorum custodiam et reversus est rex in Franciam. Deinde eodem anno post festum Pasche rex ad rogatum pape Adriani venit in Longobardiam contra Desiderium regem Longobardorum, qui ecclesiam Romanam infestabat, et Desiderio fugato in Campaniam grave bellum ibi committitur, in quo Amelius filius comitis et Amicus filius militis inter ceteros cristianos martirizati sunt. Hii duo fuerunt valde in figura similes, in amicicia fidelissimi. Et habetur de eis specialis historia. Desiderius vero rex per fugam salvatus Papiam intravit, quam per menses fere decem Karolus obsedit, obsessam cepit et comprehensum ibidem Desiderium in Franciam misit regnumque eius sibi subiugavit. Hiis peractis rex Romam venit oracionis<sup>i</sup> causa. Tunc Adrianus papa convocato sinodo centum et quinquaginta trium episcoporum de communi sensu omnium dedit Karolo regi eiusque successoribus ius eligendi pontificem et ordinandi sedem apostolicam. Insuper archiepiscopos et episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere decrevit et<sup>k</sup>, nisi a rege laudetur et investiatur episcopus, a nemine consecretur. Huic decreto rebelles anathemizavit et, nisi resipiscerent, bona eorum publicari voluit. Hec habentur ex speculo historiali. Vinc. 23, 170. Fecit eciam papa Karolum regem patricium Romanorum. Omnia ista

<sup>a</sup> Boca vel Buka *Ess.* <sup>b</sup> deiecerunt *Ess.* <sup>c</sup> so A abgekürzt und *Ess.* Episcopis B <sup>d</sup> insurgit *Ess.* <sup>e</sup> vagium, *Essen*, wofür schon Scheidt vermutet vadum <sup>f</sup> sposponentes A, sposponderunt *Ess.* <sup>g</sup> Vechtelere *Ess.* Vechclere *Herv.* <sup>h</sup> ex *Ess.* <sup>i</sup> devocationis *Ess.* <sup>k</sup> ut *Ess.* besser.

<sup>1</sup>) Der Ort ist noch ungewiss; vergl. Scheidts Anmerkung zu *Ess.*

Ess. 42. Leo papa Adriani successor confirmavit, prout habetur in decretis  
Grat. decr. p. 2, di. 63. 63. dist. cap. *Adrianus* et cap. *In synodo*. Quomodo autem brachio  
c. 22. c. 23. seculari conveniat disponere de electione episcopi et quomodo hec  
intelligi debeant, habetur eadem distinctione cap. *Electionis<sup>a</sup>* et in  
ib. 1, di. 63, cap. *Vota* et cap. *Ego Lodowicus<sup>b</sup>* et communiter<sup>c</sup> usque in finem  
c. 27. c. 30. distinctionis<sup>d</sup>. Post hec Karolus rex partem Saxonie, quam acqui-  
sierat, offerebat ad manum Adriani pape et in loco Westphaliae<sup>e</sup>  
Osenbrugge<sup>f</sup> dicto episcopatum dudum fundatum dotare promisit,  
quod et fecit et Wihonem ibidem primum episcopum posuit, ut  
habetur ex litera fundacionis<sup>g</sup>, que sequitur et est talis:

*In nomine sancte et individue trinitatis Karolus, imperator  
augustus, Romanorum gubernans imperium, divus rex Francorum  
ac Longobardorum nec non eciam modo dominator et Saxonum.  
Notum sit omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus nostrisque pre-  
sentibus et futuris, qualiter nos ob nostre mercedis augmentum  
Wihoni episcopi Osnabrugensi sueque ecclesie, quam nos pri-  
mam in Saxonia in honorem sancti Petri principis apostolorum  
et sanctorum martirum Crispini et Crispiniani construximus,  
quoddam nemus vel forestum infra hec loca situm: Farnewinkel,  
Rustensteyn, Angara, Osnynck, Senethe, Bergeshovet, Dremono-  
mori, Egestervelt, Dumeri, collaudacione illius regionis potentum  
cum omni integritate in porcis, scilicet silvestribus, atque cervis,  
avibus et piscibus omnique venacione, que sub banno usuali ad  
forestum deputatur, ad similitudinem foresti nostri Aquisgranum  
pertinentis<sup>g</sup> in silva Osningi in perpetuum proprietatis usum do-  
navimus, ea videlicet ratione quod, si quisquam hoc idem nemus  
nostro banno munitum sine predicte sedis episcopi licencia studio  
venandi vel silvam extirpandi vel aliquod huiusmodi negocium  
peragendi umquam intrare<sup>h</sup> presumpserit, sciat se tam divine  
quam regie ulcionis vindictam incursum nec non pro delicto  
60 solidos nostri ponderis, quos nobis pro banno violato debere*

<sup>a</sup> electiones *Ess.* <sup>b</sup>Ludouicus *Ess.* <sup>c</sup>so *Ess.* und abgekürzt A, con-  
veniunt B. <sup>d</sup>fehlt bei *Ess.* <sup>e</sup>Osnaburgi sive Osnaburgi *Ess.* <sup>f</sup>als Rubra  
Notandum, quod Lodowicus rex postea hiis privilegiis renunciavit, ut  
est 63. dist. cap. *Ego Lodowicus A* <sup>g</sup>so *Schaten*, pertinentes A B  
<sup>h</sup>so *Sch.*, intrandi A B.

<sup>1)</sup> Der Text bei Schaten, hist. Westphaliae p. 416, zeigt einzelne  
Wortabweichungen; sonst vgl. Potthast zu Herv. a. 780.

statuimus, redditurum. Insuper vero eidem episcopo suisque successoribus concedimus perpetuam libertatem et ab omni servizio regali confirmamus absolucionem. Nisi forte contingat, ut imperator Romanorum vel rex Grecorum coniugalia federa inter filios eorum contrahere disponant: tunc ecclesie illius episcopus omni sumptu a rege vel imperatore adhibito labore simul et honorem illius legacionis assumat. Et hoc ea de causa statuimus, quod in eodem loco Grecas et Latinas scholas in perpetuum manere ordinavimus et numquam clericos utriusque lingue gnaros ibi deesse in Dei misericordia confidimus. Et ut hec auctoritas firmior habeatur et diuturnis temporibus melius conservetur, manu propria subterea robore decrevimus et annulo nostro sigillari iussimus. Dato 14. Kalendis Januarii anno quarto Christo propicio imperii nostri et 37. regni nostri in Francia atque 31. in Italia. Actum Aquis in palacio in Dei nomine feliciter. Amen.

R

Signum Karoli Magni K



S

imperatoris Romanorum.

L

Anno Domini 777. rex Karolus synodum magnam et publicam habuit in Westphalia in Padelborne<sup>a</sup> et erat primum consilium<sup>b</sup> in Westphalia per Karolum celebratum. Ibi convenerunt omnes Franci ex omni parte Saxonie. Erant<sup>c</sup> eciam ibi Saraceni de partibus Hispanie. Saxones eciam et Westphali undique illinc<sup>d</sup> confluunt excepto Witikindo, qui rebellis exstitit et cum paucis in Normannie partes confugit. Ibi Saxones et Westphali baptizati paciscuntur, ut ingenuitatem suam et omnia perdant, si umquam a fidelitate Christi et regis desistant. Hucusque a Gregorio. Et est notandum, quod Gregorius<sup>e</sup> hic primo in sua cronica facit mencionem de Witikindo et quia postea de eodem pauca vel nulla referat, ideo de eo hic aliqua interserere<sup>f</sup> decrevi. Sciendum igitur, quod frater Vincencius in speculo Widekin- <sup>Vinc. 23, 171.</sup> dum nominat ducem Saxonie. Hinricus vero de Hervordia in sua cronica vocat eum regem Saxonie<sup>g</sup> vel Westphalie vel Angarie<sup>h</sup>. Est autem Hinrico in hac materia magis credendum, quia

Ess. 42.

<sup>a</sup> Paderbornen *Ess.* <sup>b</sup> concilium *B Ess.* <sup>c</sup> illuc *Ess.* <sup>d</sup> intersere *A.*

<sup>1)</sup> erant-Hispanie findet sich in den ann. Lauriss. a. 777. — <sup>2)</sup> Einhard a. 777. <sup>3)</sup> Hérv. a. 820. <sup>4)</sup> ebendas. 778.

ib. 56. Ess. 43. et ipse Westphalus erat. Dicit enim<sup>1</sup>, quod anno Domini 558.<sup>a</sup> tempore Justiniani imperatoris, anno imperii sui 32., mortuo Hengisto duce Saxonie ducatus Westsaxorum mutatus est in regnum. Wedekindus ergo fuit rex Saxonie et forte dux Angarie, unde vulgariter a laicis vocatur<sup>b</sup> rex Wedekindus. Principale autem eius castrum fuit Angaria, id est Enger, quod Karolus cepit et destruxit, sicut infra patebit. A quo usque hodie archiepiscopus Coloniensis ducem Angarie et Westphalie se scribit, quia ad eum devolutum est. Fuit igitur Wedekindus vir fortis, audax et bellicosus, propter quod fabule vulgarium dicunt eum fuisse gigantem immense fortitudinis nominantes eum Wedege de starke<sup>c</sup> vel Wedege de koene. Et licet non fuerit gigas corporis magnitudine, fuit tamen gigas animositate et fortitudine. Fabule enim vulgarium more poetico incredibilia sue fortitudinis opera de eo referunt. Ab eo nomen accepit mons dictus Wedegenbergh<sup>d</sup> prope Myndam, quia hunc dicitur inhabitasse. Similiter castrum eiusdem montis ab eo dicitur Wedegensteyn. Ab eo descendederunt nobiles de Stekelingenborch, Ringelen<sup>e</sup>, Stoterlingenborch<sup>f</sup>, Werle, Engere, de Osten sive de Osen. De isto Wedekindo scribit frater Hermannus Lerbeke Myndensis in sua cronica, quam de eo fecit: Cum rex gloriosissimus Karolus Saxoniam Cristo subiugare proponeret, eius regem Wedekindum primo aggredi statuit. Sed nullum illo bello durius, nullum atrocius, nullum prolixius. Nam duravit sub Karolo eiusque patre Pipino plus quam triginta annis et habuerunt<sup>g</sup> congressiones bellicas duodecim gravissimas. Wedekindus enim inolitos patrum suorum a multis seculis ritus et saxili<sup>h</sup> consuetudine inossatam ydolatriam ad saxorum morem tenaciter retinebat. Dede-<sup>i</sup>cus enim putabat et inglorium patrias leges facile abicere et progenitorum fidem leviter abnegare. Et quanto Wedekindus ad fidem Cristi fuit tardior, tanto post fidem receptam fuit fidelior et devocior, ut infra loco suo patebit.

ib. 44. Anno Domini 778. rex Karolus ivit in Hispaniam et ibidem duos reges Sarracenorum subiugavit et Cesaraugustam et Papilionam<sup>i</sup> cepit, que modo est metropolis regni Navarre. Interea Saxones persuasione Wedekindi pacta frangunt, Francorum fines igne, ferro cedeque premunt et ad Renum usque Duiciam (credo quod sit Tuicum<sup>k</sup>) perverniunt, ecclesias Dei incendunt. Audiens hec rex Karolus apud Anti-

<sup>a</sup> 578 (?) *Ess.* <sup>b</sup> adhuc usque nominamus regem *Ess.* <sup>c</sup> dey sterke *Ess.* <sup>d</sup> Wedichindesborch (?) *Ess.* <sup>e</sup> Ryngelen *Ess.* <sup>f</sup> Scoterlingeborch *Ess.* <sup>g</sup> per für habuerunt *Ess.* <sup>h</sup> saxorum *Ess.* <sup>i</sup> Pampilonam *Ess.* <sup>k</sup> Duicium *Ess.*

<sup>1)</sup> nicht bei Herv.

siodorum<sup>a</sup> misit contra eos exercitum. Saxones autem Reno dimisso intra partes Saxonie se retrahunt, Franci autem vestigia eorum sequentes in loco, qui dicitur Lihosi, super fluvium Aderna congressi sunt, ubi Saxonum multitudo occisa est. Anno sequenti Westphalos congregatos in loco, qui dicitur Boickholt, rex prostravit. Anno Domini 780. rex Karolus de Mersborgh venit ad locum, ubi Lippia consurgit, id est Lipspringe. Volens Westphaliam catholice disponere synodum ibidem congregavit. Tunc fundavit episcopatum Myndensem in castro Wedekindi regis, quod potenter et victoriosè optimuerat, et sanctum Hercumbertum fecit ibidem episcopum primum. Eodem anno Bardagonenses<sup>b</sup>, id est illi de Bardowyck et Nortlute<sup>c</sup> et Wini<sup>d</sup>ni (et sunt illi in merica Lunenborgensi et dicuntur Wynden et Slavi, qui morantur circa Lubeck<sup>d</sup>) — omnes isti ad fidem conversi et baptizati sunt. Eodem anno rex fundavit episcopatum in loco dicto Salingenstede (nunc dicitur Osterwyck). Hec sedes post quadraginta<sup>e</sup> annos translata est in Halverstat. Et fecit ibidem primum episcopum sanctum Hilderinum, fratrem sancti Lutgeri episcopi Monasteriensis.

ib. 47.

ib. 48.

ib. 47.

ib. 48.

cf. Herv. a.  
781.

Anno Domini 782. rex Karolus magnum conventum iterum habuit in Lipspringe convenientibus ibidem omnibus Saxonibus et Westphalis solo Wedekindo excepto. Rex constituit super Saxoniam et Westphaliam comites ex nobilissimis illius patrie et peractis peragendis in Franciam reversus est. Quo absente iterum [Saxones] Westphali<sup>f</sup> ad persuasionem Wedekindi fidem violant et legatos regis contra Slavos missos, scilicet Adalchisum, Gaylonem et Waradum<sup>g1</sup>, viros bellicosos, in loco dicto Sunnendail<sup>h</sup> prope Myndam occiderunt. Tunc rex magno collecto exercitu venit ad locum, ubi Alera confluit in Wiseram, ubi omnes Westphali perterriti ad eum ultiro veniunt tradentes omnes illos, qui illius pugne auctores fuerant, numero 4400<sup>i</sup>, quos omnes rex decollari fecit. Sed Wedekindus per fugam in Normanniam salvatus est.

Ess. 49.

Anno sequenti Westphalis iterum rebellantibus rex venit contra eos et inveniens eos prope Dethmole<sup>k</sup> (est opidum in dominio de Lippia) ad pugnam paratos in campo plano montis Osnyneck viriliter irruit super eos multos occidens et victoriam optimens. Inde vadens in Padelborne audivit Westphalos iterum congregatos ad fluvium dictum Hasa<sup>l</sup> et est circa Osenbrugh. Ad hunc ergo locum

ib. 50.

<sup>a</sup>Autisidorum *Ess. besser.* <sup>b</sup>Bardogauenses *Ess.* <sup>c</sup>Nortleudi *Ess.* <sup>d</sup>Lubyck *Ess.* <sup>e</sup>so *Herv.*, quatuor sc. 785. *Ess.* <sup>f</sup>Westphali *hinter Sam Rande A* <sup>g</sup>Warandum *Ess.* <sup>h</sup>Sunnendal *Ess.* <sup>i</sup>4500 *Ess. richtig.* <sup>k</sup>Dethmole *Ess.* <sup>l</sup>Assa *Ess.*

<sup>1)</sup> Essen nennt nur die beiden Ersten als getötet.

rex properat festinus et denuo acriter pugnans victoriam optimuit maximo numero Westphalorum et Saxonum ibidem occiso. Hec

Herv. a. 780. duo bello omnium bellorum suorum secundum Hervordiam fuerunt maxima, que contra rebelles Saxones umquam gessit. Residuos vero Westphalos post hanc stragem ultra Wiseram fluvium cum Wede-

Ess. 63. kindo fugere coegit et, ne patria desolata maneret, populum novum de Francia<sup>a</sup> ad antiquam Saxoniam, id est Westphalię, introduxit. Et extunc antiqua Saxonia Westphalia amplius est nominata, ut supra patuit<sup>b</sup>. Saxones autem illi, qui vel inercia vel amore patrie in terra remanere volebant, in servitutem per regem redacti sunt. Et hec est causa tot servorum in Westphalia. Ex hiis videtur servos in Westphalia de Saxonibus originem traxisse, liberos

ib. 50. vero de Francis. Tunc rex Karolus castrum Angarie, id est Engeren<sup>c</sup>, obsedit et cepit, quod erat principale castrum Wedekindi et capud tocis Westphalie.

ib. 51. Omnes eciam Westphalos<sup>d</sup> cristianos fecit paucis exceptis. Rex itaque consilio inito tam diu in Westphalia stare deliberatus est, donec totaliter christiane religioni subderetur et in fide confirmaretur. Venit igitur in Mersborgh et vocata uxore domina Fastrada cum filiis et filiabus per totam hyemem ibi perduravit mittens ex loco dicto exercitus in Westphalię. Nonnumquam eciam per semetipsum Westphalię circuivit et, quos sensit rebelles, depredavit et loca eorum munita cepit et sic vias mundavit stratasque publicas libertavit. In Ardenna venacionem exercuit.

Anno Domini 785. celebravit rex synodus magnam in Padelborne. Inde transiens per totam Westphalię viis ubilibet apertis nemineque contradicente et veniens in Bardowyec inde misit ad Wedekindum et Abionem<sup>e</sup> eosque cum salvo conductu ad se vocavit. Vinentibus autem ipsis conclusum et firmatum est inter eos, ut ad eum in Franciam venirent erudiendi ad fidem. Wedekindus igitur et Abyon receptis a rege obsidibus salutis sue secundum promissa ad regem in Attiniacum venerunt et ibidem catechizati baptizati sunt et natale<sup>f</sup> cum rege ibidem celebraverunt. Hec ex Gregorio Turo-

ann. Laur. a. 785. nensi. Est tamen sciendum, quod in aliis historiis aliter legitur Wedekindus baptizatus et conversus. In cronica

Ess. 53. fratris Hermanni Myndensis legitur, quod, cum rex Karolus usque ad fluvium Oram, ubi nunc est Volmerstede, Saxoniam devastasset et Wedekindus in opposita ripa Saxones congregaret, ut ulteriore regis processum impediret, nocte clam navicula Wedekindus transit flumen, ut regis exercitum exploraret. Cum autem in die pasche inter pau-

<sup>a</sup>de Fr. am Rande A <sup>b</sup>W. nom. a. ut s. dictum est B vielleicht richtig. <sup>c</sup>Engere Ess. <sup>d</sup>Saxones occidentales Ess. <sup>e</sup>Abionem Ess. <sup>f</sup>Domini fügt Ess. hinzu.

peres se collocasset elemosinas recepturus, per curvum, quem habebat, digitum deprehenditur et Karolo presentatur. Cui Karolus: ‘Ad quid venisti?’ ‘Veni,’ inquit, ad explorandum exercitum tuum et sacra tua’. Karolus ait: ‘Quid ergo vidisti?’ ‘Pridie,’ inquit, id est in bona sexta feria, vidi vos omnes tristes et quasi lugentes incedere et ego gaudebam, sed hodie video vos nimis ornatos et iocundos. Et vidi unum coram illa parva mensa purpura indutum, qui de mensa puerum pulcherrimum levans singulis in os misit, sed quorundam ora proterve intuens declinavit, quorundam eciam grataanter intravit.’ Quo auditio Karolus ei de sacramento et fide exposuit. Wedekindus autem credidit et baptizatus est in villa dicta Belheym<sup>a</sup> (antiquitus dicebatur Bethleem et est in diocesi Osnabrugensi inter Osenbrugh et Myndam distans uno miliari ab Osenbrugh et dimidio miliari a castro dicto Wedekindes borgh, cuius castri adhuc apparent vestigia.)

ib. 54.

In villa autem Belheym in ecclesia ostenditur baptisterium, in quo regeneratus esse dicitur, ex opere arteficiose lapideo trabeculis et cancellis ferreis circumsepto<sup>b</sup>, in cuius circumferencia versus sequentes insculpti et deaurati vindentur<sup>c</sup>:

Quando sacramentum fit aqua, simplex elementum,  
Verbo<sup>e</sup> virtutis, operatur dona salutis,  
Nam redit ad vitam novus et vetus interit Adam.

In cronica autem sancte Mechtildis regine, que Hervordia habetur, eius conversio aliter narratur. Cum quodam tempore aciebus dispositis ad bellum placuit utrisque principibus, Karolo scilicet et Wedekindo, ut ipsi inter se duello concertarent ita, ut victori daretur victi exercitus disponendus, post longum duellum Wedekindus vietas reddidit manus, sed suosque voluntati regis submisit et sic cum suis fidem accepit. Hec ibi.

vit. Maithl. 1.

Ess. 1. c.

In quibusdam aliis cronicis legitur, quod a beato Bonifacio sit baptizatus et a Karolo de fonte levatus. Sed de Bonifacio ambiguum videtur, quia ille longe ante Wedekindum in Frisia martirizatus legitur, ut patuit supra.

Wedekindus itaque cristianus effectus castrum suum Angara restauravit et ibidem collegium fundavit. Ecclesias item Osnabru-

<sup>a</sup> Belheym *Ess.* <sup>b</sup> *so B*, circumcepto <sup>c</sup> verba <sup>A</sup>, per verba <sup>B</sup> <sup>d</sup> unde *vor se Ess.*

<sup>1)</sup> Einfassung und Inschrift sind jetzt verschwunden. Die Verse scheinen entstellt zu sein.

ib. 55. gensem et Myndensem multis bonis ditavit, plura tamen ex hiis per incendium consumpta sunt. Mortuus est tandem Wedekindus 7. Idus Januarii et sepultus est in choro canonicorum regularium in villa Angara, quod<sup>a</sup> ipse fundavit et ditavit. In eius tumba, de qua ossa corporis sui dudum translata et in quadam archa firmissime servata sunt, versus sequentes inscripti inveniuntur:

Ossa viri fortis, cuius sors nescia mortis,  
Iste locus claudit. Euge bone<sup>b</sup>, spiritus audit.  
Omnis<sup>c</sup> mundatur, hunc regem qui<sup>c</sup> veneratur:  
Egros hic morbis celi rex sanat et orbis.

Hec tumba super terram elevata videtur et est picturis ornata, cum vero apperitur, appareat regis ymago ex lapide sculpta, pulchro palio coloris aurei, inter aurifrigia berillis adornata, digitum curvum in manu habens.

cf. Ess. 57. Wedekindo baptisato plures ecclesias cathedrales in Westphalia rex fundare decrevit.

ib. 58. Anno igitur 786. instituit episcopatum in Westphalia in loco dicto Mymyngardevorde (hodie dicitur Monasterium) in honorem sancti Pauli et sanctum Lutgerum<sup>d</sup> primum ibidem fecit episcopum, qui fuit frater sancti Hildegarii episcopi Hildensemensis<sup>e</sup>. Eodem anno in loco dicto Wigmodia sive Bremon super Wiseram cathedralem sedem instituit et sanctum Wilhaidum<sup>f</sup> primum fecit ibi episcopum.

Hanc ecclesiam singularibus excellenciis et ornamenti dotavit. Nam dedit ibi crucem auream, flasconem argenteum, in quo continentur reliquie sancti martiris Quiriaci, qui invenit crucem Domini, cirothecas aureas, sandalia regalia, psalterium auro et lapidibus preciosis ornatum.

ib. 58. Aliqui dicunt hanc ecclesiam fundatam anno Domini 781. Eodem anno ecclesiam instituit in villa dicta Herstelle, que postea translata est ad alium locum dictum fons Padulih<sup>g</sup>, id est Padelborne, in honorem virginis benedictie: sed quo tempore et per quem translata est, ignoratur. Huic ecclesie vir reverendus nomine Baduradus<sup>i</sup> primus episcopus preficitur. In hac ecclesia reliquie sancti Liborii requiescunt<sup>k<sup>1</sup></sup>. Eodem anno sedem episcopalem fundavit in villa

<sup>a</sup>für quod hat Essen illud collegium. <sup>b</sup>bonus hat die jetzige Inschrift. <sup>c</sup>omme — quod Inschr. <sup>d</sup>Ludgerum Ess. <sup>e</sup>Halverstadensis Ess. richtig; s. o. <sup>f</sup>Wylhadum Ess. <sup>g</sup>? exēnys A, enceniis B. <sup>h</sup>so hat anscheinend A, Peduli B, Padoli Ess. <sup>i</sup>Baduratus Ess. <sup>k</sup>der Name des Heiligen ist von erster oder von späterer Hand in einer Lücke nachgetragen.

<sup>1)</sup> Vergl. Herv. a. 823.

Westphalie nomine Schidere<sup>a</sup>, quondam in comitatu de Swalenberge<sup>b</sup>, nunc vero in dominio dominorum de Lippia. Sed quia locus iste non fuit procedente tempore idoneus, ideo sedes ipsa per Brunonem et Tanquardum Saxones translata est in Vallersele. Et inde per Hinricum primum in opidum Vrose<sup>c</sup> dictum transfertur. Et inde demum per Ottонem primum in Partinopolim<sup>d</sup>, quondam Parutena<sup>e</sup>, nunc vero Magdeborgh, in honorem sancti Mauricij transfertur. Et sanctus Adelbertus primus huius ecclesie episcopus instituitur. Eodem anno episcopatum instituit in loco Fardum<sup>f</sup> dicto (nunc Verden dicitur) in honorem virginis benedictie et sancte Ceciliae virginis. In bulla autem fundacionis inter cetera sic habetur<sup>1</sup>:

*Notum sit omnibus Cristi fidelibus<sup>g</sup>, quod Saxones, qui hactenus Deo et nobis ob sue perfidie pertinaciam semper cervice indomabili et rebelles obsecundare detrectarunt, modo tandem aliquando virtute Cristi<sup>h</sup> propiciante bellorum instacia vicimus et ad baptismi graciam perduximus et gentes, que nomen Domini non invocaverunt, in lege Domini meditari die ac nocte adiudicavimus, utque hucusque iugum Cristi minime habere contendebant, domino nostro Jesu Christo et sacerdotibus omnium iumentorum suorum et fructuum terre et omnis agricultura decimas et nutriture simul in unum divites et pauperes secundum canonicam assercionem et legalem caucionem constricti de cetero persolvant. Terram autem eorum secundum antiquum Romanorum morem in provinciam redigentes et in episcopatus certo termino distribuentes. Datum Maguncie anno Domini 786, presentibus Lullone archiepiscopo Maguntinensi, Hildebaldo archiepiscopo Coloniensi, Camelhario archiepiscopo Treverensi. Huic sedi sanctum Swibertum Britonem primum designavit episcopum.*

ib. 56.

Ad huius episcopi instantiam quantum uno die ab ortu solis usque ad occasum episcopus pertransire poterat, Karolus pro dicta ecclesia sibi designavit. Unde miraculose factum est, quod tantum terre spaciun una die pertransivit, quantum nunc ecclesia illa in longitudine comprehendit. Sed quia hoc minus credibile Karolo videbatur, sanctus presul per suas cirothecas, quas solariis radiis appendit, rei geste veritatem confirmavit.

ib. 57.

<sup>a</sup> Scide *Ess.* <sup>b</sup> Swalenborch *Ess.* <sup>c</sup> Verse, opidum Thuringie *Ess.*, Vrose *Herv. a. 783.* <sup>d</sup> so A abgekürzt, Partimopolim B <sup>e</sup> putea A, parentea B, Putena *Ess.* <sup>f</sup> Fardum *Ess.* <sup>g</sup> fid. in Chr. *Ess.* <sup>h</sup> veritatem Christo *Ess.* <sup>i</sup> ut *Ess.*, et A B

<sup>1)</sup> Auch im Folgenden weicht der Text verschiedentlich von Essen ab.

ib. 60.

Anno Domini 799. post festum ascensionis Domini Karolus de Aquisgrano venit in Padelborne, ubi venit ad eum Leo papa, quem Romani inique excecauerant et linguam presciderant. Sanatus tamen tunc fuit miraculose. Igitur dominus Leo papa exsistens in Westphalia infra scriptas ecclesias consecravit.

ib. 61.

In Padelborne consecravit ecclesiam, ut dicit Gregorius Turonensis.<sup>1)</sup>

In Hamele opido consecravit ecclesiam, sed hanc prius sanctus Bonifacius in honorem sancti Romani martiris consecravit. Nunc dominus Leo papa in honorem sancti Bonifacii dedicavit, ut dicit frater Hermannus Lerbeke<sup>a</sup> Myndensis in sua cronica.

In Berchkerken villa prope Myndam consecravit capellam in honore sancti Nicholai, in cuius medio fons est limpidissimus ante gradus altaris secundum fratrem Hermannum prescriptum<sup>b</sup>.

Herv. a. 809.

In Mersborgh consecravit capellam in honorem sancti Petri, ubi privilegium magnum clericis reliquit. Peragitur autem dies dedicacionis in nocte nativitatis Cristi secundum Hinricum de Hervordia.

ib. a. 797.

Ess. p. 61.

In Aquisgrano secundum Hinricum de Hervordia consecravit ecclesiam, quam Karolus anno Domini 796. construxit, et in ea sudarium Domini, fascia et camisiam beate virginis et brachium Symeonis, que de Constantinopolim<sup>c</sup> portaverat, postmodum recondidit, scilicet anno Domini 802. Eodem tempore consilio Leonis pape statuit, ut in mense Junio homines per totum orbem venirent Aquisgrani ad videntium reliquias, quas rex de Constantinopoli adduxerat, prius peccata sua confitentes.

Ess. 1. 1.

In Colonia, ut incole asserunt, ecclesiam beate virginis dictam in Capitolio consecravit et indulgenciis ac reliquiis dotavit.

In Siborgh villa prope Tremoniam, ut omnium pene Westphalorum testatur opinio, ecclesiam consecravit, quod eciam approbat scriptura in ecclesia publice pendens et annalis populi concursus.

Anno Domini 800. rex Karolus Romam vadens Leonem papam a Romanis crudeliter punitum et electum in sedem recollocat. Et causa examinata reos punit, aliquos eorum decollari fecit. Tandem papa interveniente regis ira sedata<sup>d</sup> est. Tunc<sup>e</sup> in

<sup>a</sup>der Name fehlt bei Ess. <sup>b</sup>Ess. sagt fontem — conspeximus. <sup>c</sup>so A. <sup>d</sup>cedata A. <sup>e</sup>am Rande von der 2. Hand: Notandum, quod Stephanus papa secundus anno Domini 776. regnum Romanorum transtulit in Teutonicos in persona Karoli. Et Leo tercius postmodum eum Rome coronavit, de quo hec dicuntur, ut habetur Extra de electione *Venerabilem* in glosa. Et notandum, quod Karolus primus est inter imperatores, quos papa coronavit.

<sup>1)</sup> Vergl. die ann. Lauresham. a. 799; Einhard erwähnt die Einweihung nicht.

festo nativitatis Domini per manum domini Leonis pape de unanimi Romanorum consensu Karolus, Francorum rex et usque tunc Romanorum patricius, in imperatorem Romanum inungitur omnibus imperatorias laudes ei acclamantibus. Sic igitur Romani, qui iam Herv. a. 801. accepta occasione ab eo, quod Hirena imperatrix<sup>a</sup> exceato proprio filio, ut ipsa imperare posset<sup>b</sup>, Karolum per manum Leonis coronatum imperatorem augustum appellant. In huius persona imperium Romanorum in Teutonicos translatum est, ut patet Extra de Electione in capite *Venerabilem* et in glos. ibidem et de con distinct. *In die 5.* Grat. decr. I. tit. 6. c. 34. Karolo itaque coronato filius eius Karolus in regem a Leone inungi- pars 3, di. 5. c. 15. tur. Pipinus autem, alias filius eius, pridem fuerat in regem ordinatus.

Anno Domini 804. Karolus imperator glorio sisimus placitum tenuit in Novimagio, ubi pridem palacium magnum construxerat. Eodem anno circa festum sancti Johannis Baptiste placitum generale et magnum tenuit in Lipspringe Westphalie deliberans, quomodo fidem salutarem in Westphalia plantatam posset in perpetuum ratificare. De consilio igitur suorum pro hac ratificatione tria fecit. Primo episcopis et abbatibus prius per eum ordinatis in Westphalia et universali clero proprietatem tocius regionis dedit, ut patriam illam in fide Christi et regis fidelitate manutenerent. Ess. 62.

Secundo, ut antiqui volunt, crucees ligneas altas et longas ubilibet in Westphalia erigi iussit, ut ipsis inspectis a fide crucifixi non recederent, sed in ipsa stabiles permanerent. Et hec est causa multitudinis crucium in campis Westphalie.

Tercio legem secreti iudicii, que illius patrie lingua veme vulgariter dicitur, in terra illa, scilicet inter Renum et Wiseram inviolabiliter observari sanxit. Dicitur autem vulgariter veme quasi ve michi, si super me ceciderit tale iudicium. Statuit autem iudicium istud contra perfidos, periuros, fures, latrones, proditores et cetera. Unde Hervordia de hoc iudicio dicit: Karolus studens West- Herv. a. 780. phalam a furtis et latrociniis purgare, quia terra silvosa est et latibunda, volensque periuria et prodiciones et alia enormia ab ea removere legem secreti iudicii in ea statuit servandam. Hec ille.

Anno Domini 814. cum Karolus imperator cristianissimus, Vinc. 25, 24. Westphalorum apostolus, Westphalam in fide solidasset, ut premissum est, tandem 5. kalendas Februarias plenus bonis

<sup>a</sup>mulier Herv. <sup>b</sup>für ut — posset ist nothwendig mit Herv. zu lesen eis imperabat.

operibus Aquisgrani feliciter in Domino diem clausit extremum. Sepultus ibidem in ecclesia rotunda beate Marie virginis, quam ipse edificaverat. In eius exequis fuit Leo papa et omnes Romani principes multique archiepiscopi et episcopi. Turpinus Remensis archiepiscopus, cum esset Vienne orans in ecclesia, ipsa hora transitus seu mortis Karoli dicit se vidisse multitudinem demonum, quos quidam Ethiops lento gradu sequebatur. Qui a Turpino interrogatus, quo tenderent, respondit: 'Ad mortem', inquit, 'Karoli Aquisgranum, ut animam eius ad tartara deferamus.' Cui Turpinus: 'Adiuro te per nomen domini nostri Jesu Christi, ut peracto itinere ad me redeas.' Post modicum tempus expleto vix psalmo *Deus in adiutorium*<sup>a</sup>, quem presul incepérat, reversi sunt. Et interrogatus novissimus, quid accidisset, repondit: 'Galecianus', inquit, 'ille sine capite<sup>b</sup> tot et tantos lapides et ligna innumera basilicarum suarum in statera proiecit, quod plus bona quam mala appenderunt. Idecirco animam eius nobis abstulit.' Quo dicto evanuit. Per Galecianum decapitatum notavit sanctum Jacobum, in cuius honore multas ecclesiás edificaverat. Ex cronicá fratris Martini habetur, quod Mart. Pol. c.  
73. imp.  
Herv. a. 801. Karolus ad numerum literarum in alphabeto cenobia fundavit et in unoquoque per ordinem unam literam de<sup>c</sup> auro fabrichtam, plus quam centum libras<sup>d</sup> Turonensium valentem<sup>e</sup> reliquit, ut ex ordine literarum tempus fundacionis uniuscuiusque monasterii cognosceretur. Que litere adhuc in plerisque<sup>f</sup> monasteriis reperiuntur.

Ex hiis igitur, que premissa sunt, sufficienter colligitur, quomodo gloriosissimus Karolus totam Westphalię bello ac gladio ad fidem perduxit, et licet de Tremonia in prescriptis sicut nec de Sozato et Monasterio non reperiantur aliqua specialia, verisimile tamen est has civitates, si tamen tune edificate fuerunt, ut supponitur et creditur, ad fidem cristianam cum ceteris reductas.\*)

Tremoniensium<sup>g</sup> gesta specialia in sequentibus pretendens enarrare convenit historiam nostram prosequi usque

\*) Mit reductas endigt die allgemeine Geschichte mitten auf p. 16<sup>a</sup> von A; der Rest der Seite ist mit Notizen einer späteren Hand (m<sup>4</sup>) bedeckt.

<sup>a</sup>adi. meum intende B Herv. <sup>b</sup>capite, i. e. sanctus Jacobus Herv. <sup>c</sup>ex Mart., de Herv. <sup>d</sup>so Herv., libris Mart. <sup>e</sup>so Herv., pendentem Mart. <sup>f</sup>so Herv., pluribus Mart. <sup>g</sup>Als Ueberschrift De speciali rerum gestarum narratione Tremoniensium A m<sup>4</sup> u. B.

ad exordium Markensis comecie. Revera usque ad illam non inveni Tremonienses forinsecus gwerras habuisse, sed ipsa crescente et invalescente grata Tremoniensum pacis tranquillitas primum incepit turbari. Nec mirum, quia iuxta vulgare proverbium non potest quisquam diu pace frui, nisi vicinum pacificum habuerit. Ad Markensium itaque historias secundum annos Domini gradatim descendendo pauca memorie digna intermedie peracta placuit enarrare et premissa continuare.

Anno Domini 814.\*<sup>)</sup> Karolo feliciter mortuo Lodowico filio suo, cf. Herv. a. 814. cognomento Pio, de assensu principum reliquit imperium. Ludowicus iste 26 annis imperavit et episcopalem sedem, quam pater suus in Aulica, id est Elsen<sup>a</sup>, fundavit, ipse in Hildensem<sup>b</sup> transtulit. Tres filios habuit, scilicet Lotharium, Karolum et Lodewicum, qui assistencia militarium patri se opposuerunt, quem tandem ceperunt et recluserunt. Sed tandem Deo ordinante ac toto populo acclamante liberatus ad pristina restitutus est. Hic ad ultimum Lothario filio suo sibi reconsiliato imperium reliquit. Quo solo regnante fratres sui indignati contra eum bella movent. Qui tandem in pago Antisiodorensi hostiliter congressi tanta\*\*) cedes utrimque facta est, ut nulla etas meminerit tantam stragem hominum fuisse factam in gente Francorum. Et ita eorum fines attenuati sunt, ut proprios terminos ab extraneis tueri non possent. Sarraceni\*\*\*) hoc percipientes imperium invadunt et cristianos plurimum lesurunt. Postremo fratres inter se convenientes acceptis adinvicem sacramentis amicabiliter se composuerunt. Tunc fecerunt regnorum partionem. Lotharius maior natu omnia regna Ytalie tenuit cum ipsa Roma et nomen imperatoris. Item tenuit provinciam et medium partem Francie inter Scaldum<sup>c</sup> et Renum, que ab eo postmodum Lotharingia vocata est. Karolus accepit occidentalia regna a Britannico oceano<sup>d</sup> usque ad Mosam fluvium, et hec pars nomen Francie retinuit. Lodowicus orientalia regna accepit, scilicet Germaniam usque ad Reni fluenta et aliquas trans Renum civitates cum adiacentibus villis propter vini copiam. Habuit eciam totam Saxoniam, Westphalię, Franconiam, Mysnam, Thuringiam, ut habetur ex speculo fratris Vincencii

\*<sup>)</sup> Im Folgenden scheinen Martin v. Polen, Vincenz und Heinrich v. Hervord gemeinschaftlich benutzt zu sein. \*\*<sup>)</sup> tanta — possent nur bei Vincenz. \*\*\*<sup>)</sup> Sarrac. — lesurunt bei Mart. Pol. c. 75. imp.

<sup>a</sup> Aul. — Elsen am Rande m<sup>1</sup> (?) <sup>b</sup> Hiltineshem <sup>c</sup> Scaldum <sup>d</sup> oceano A. Herv., Scaldem Vinc.

libro 25. cap. 35. et 39.\*). Iste 14 duces Bohemorum, id est Bohemiam et Sleciā, baptizari fecit, religionem cristianam summopere coluit et dilatavit.

Rex \*\*) itaque Germanie Lodowicus inter cetera, que construxit colegia in locis diversis, ereditur in Tremonensi opido collegium in honorem sancti Panthaleonis fundasse et dotasse. Processu temporis Lodowico mortuo collegium istud adeo hostili incursu depauperatum et attenuatum est, ut ipsi canonici in necessariis deficerent ita eciam, ut nonnulli cives pietate moti eos ad mensas eorum invitarent. Tempore igitur, quo sanctus presul Anno Coloniensi ecclesie preerat, quia pius pater pauperum fuerat, hanc canonicorum paupertatem relevare summopere cogitabat. Pro quo perficiendo collegium sancti Panthaleonis de Tremonia in Coloniam ad ecclesiam sancte Marie ad gradus dictam transtulit, quam ipse legenda sua testante fundavit. Ecclesiam vero sancti Panthaleonis fecit parochialema<sup>a</sup> instituens ibidem pastorem, qui curam gereret animarum et vicarios aliquot, ut divinum officium per eosdem in eadem ecclesia debite perageretur. Ex hac translacione fortassis originem habuit annualis census, qui de agris Tremoniensium colligitur et ad collegium sancte Marie ad gradus transmittitur.\*\*\*)

Translato itaque collegio ceperunt Tremonienses cogitare de novo patrono salubre estimantes, ut talem haberent, cuius reliquias adipisci possent, quatinus patronum eorum nedum nomine, sed eciam corpore presentem haberent. O vere devotum propositum! O salubre consilium! O sanctum

\*) bei Vinc. 24, 35 nicht Habuit — Thuringiam, sondern nur iste — fecit. \*\*) am Rande in A Collegium S. Pantaleonis m<sup>4</sup> und Anno domini 841. Lodowicus factus est rex Germanie et regnavit 33 annis m<sup>2</sup>, von B in den Text aufgenommen. \*\*\*) B setzt hinzu: Ex his colligitur et conjecturandum censeo Ecclesiam S. Martini in Tremonia primam et parochialema fuisse Ecclesiam, et postea incorporatam collegio S. Pantaleonis ibidem ob Canonicorum pauperiem und De adventu CORPORIS S. REINOLDI.

<sup>a</sup>Eccl. — parochialema zweimal A, am Ende und am Beginn der Seite.

desiderium! Revera sanctorum reliquiis civitas ipsa sanctificatur, devocio civium augmentatur et opidum in periculis defensatur. Igitur Tremonienses hac moti occasione nacta oportunitate sanctum Annonem predictum archiepiscopum adeunt, supplicacionem devote proponunt, supplicacionis rationem adiciunt. At vero sanctus presul sanctis eorum desideriis cupiens complacere convocato clero causam proponit, consilium requirit. Omnibus itaque una voce dicentibus petitionem tam sanctam omnino fore exaudiendam mox fit questio, cuius sancti corpus Tremoniensibus esset mittenendum. Et cum super hac re deliberarent, Dominus Deus ante ecclesiam in sarchophago beatum Reynoldum martirem exposuit. Adhuc tamen ceca mens hominum, quem satis aperte Dominus innotuit, in ecclesiam reportabant. Cum autem id iterum atque iterum contingere, tandem Dominus oculos cordis eis aperuit, ut cognoscerent istum esse, quem Dominus in patronum Tremoniensem elegisset. Sacrum igitur corpus sanctus presul ea, qua decuit, reverencia Tremoniensibus transmisit. In quorum delatus ecclesiam dignum inventit habitaculum, in quo ad se recurrentem benignus patrocinator salvat populum egrotos varios sanando ipsamque urbem ab insidiis ac variis hostilibus periculis sua custodia protegendo. Cuius virtutis potentiam Tremonienses ab effectibus discentes<sup>a</sup> sacras reliquias in argenteo sarchophago venerabiliter recondiderunt. Capud vero sacrum seorsum a corpore divisum in quodam capite argenteo miro artificio ac sumptibus magnis ad hoc preparato digne deposuerunt. Quod in solemnitatibus precipuis et processionum festis a duobus de consolatu viris devote et solemniter baiulatur. Introducto igitur novo hospite novum nomen hospicium recepit. Unde factum est, ut ea, que prius ecclesia sancti Panthaleonis dicebatur, ex tunc et nunc ecclesia sancti Reynoldi nominatur. Congruum quippe videtur, quod imperiale opidum imperatorem habens patronum in terris de

cf. Acta SS.  
Jan. I, 385.

<sup>a</sup> didicentes A; discentes erst von später Hand darüber; letzteres auch B.

imperatorum sangwine exortum sanctum Reynoldum habeat patronum in celis. Erat namque sanctus Reynoldus de sangwine regum Francie, qui suo tempore Romanum tenuerunt imperium, exortus ex patre Aymone, qui unus creditur fuisse de novem comitibus, quos Karolus magnus in Aquitania ea subiugata constituit, quibus filium suum Lodowicum in regem prefecit\*. Sanctus iste divino instinctu spreta mundi gloria arma deposuit, miliciam abiecit soli Deo militare proponens, Coloniam venit et habitum religionis induit et vitam vere religiosam in humili obedientia duxit. Ex precepto abbatis lapicidarum magister in fabrica ecclesie constitutus est. Invidentes autem ei lapicide et cementarii eo, quod suis cottidianis laboribus eorum confunderet desidie pigriam, insidias ei paraverunt. Et cum mane secundum suam consuetudinem ecclesias circuiret, in eum irruentes crudeliter occiderunt, occisum in aquam proiecerunt tantum nephas per hoc occultare et velare volentes. Sed Dominus miraculorum indiciis ipsum prodidit. Erat enim Colonie vidua quedam longa paralisis molestia sic in membris contracta, ut portari eam aut vehi oporteret. Hec cum multos medicos consuluisset et sanctos plures frustra invocasset, tandem in sopore ammonita, ut piscinam sibi ostensam visitaret, in quam corpus sancti Reynoldi projectum esset, cuius ope sanari deberet. Quod cum fecisset et ibidem portata sanctum Reynoldum invocasset, continuo sacrum corpus de profundo laei veniens super aquam natavit et ipsa perfecte sanata ad domum pergens reversa est. Extracto igitur sacro corpore Colonienses capellam in eius honorem construxerunt, in qua tam diu quievit, quo usque in predestinato sibi a Domino loco patronus donaretur.\*\*

\*) B setzt hinzu: ut plane et clare patet in ejus historia.

\*\*) Es folgt in A eine Lücke von 10 Zeilen, später ausgefüllt ( $m^4$ ) durch folgende von B bereits in den Text aufgenommenen Worte:

Fasciculus temporum ita habet: Bonifacius Maguntinensium Episcopus Bochoniam, Franconiam, Bavariam, Thuringiam, Hassiam, Sclavoniam, Frisię, cum reliquis Almanniae provinciis peragravit, dar

Item\* Lodowicus rex Germanie ecclesiam in honorem sancti Benedicti extra muros civitatis Tremoniensis ab oriente non longe a civitate erexit pretendens integrum monasterium de regula et ordine sancti Benedicti construere, quod opere complevisset, si non morte preventus fuisset. Eo autem mortuo cives timentes, ne forte prefata ecclesia ab eorum hostibus incastellaretur, habito consensu archiepiscopi Coloniensis et rectoris ecclesie prediche, cui nomen erat Lambertus<sup>a</sup> Witte, ecclesiam intra civitatem transtulerunt edificantes beato Benedicto capellam supro portam orientalem, sicut hodie cernitur. Rectori autem capelle supra muros civitatis habitacionem deputaverunt non longe a capella, in qua rectores capelle diu habitare consueverunt. Processu igitur temporis videntes cives pro capcione civitatis diversos ab hostibus sibi parari laqueos et prodicionis modos de predicta habitacione pericula sibi posse provenire timuerunt: quod precavere volentes habitacionem dictam propria auctoritate pro muri custodia sicut ceteras turres deputaverunt rectori capelle aliam habitacionem assignantes. Venit tandem quidam Hinricus de Broike dicte capelle rector primam habitacionem sibi redi postulans, quam eciam ecclesiastici iuris subsidio seriose requirebat. Agitabatur quippe causa in iudicio pluribus annis. Tandem post graves parcium expensas rector ipse senio et egestate victus ab actione cessavit et morte causam terminavit. In perpetuam autem huius translacionis<sup>b</sup> memoriam permanxit rectori dicte capelle in loco, ubi pridem extra civitatem ecclesia steterat,

---

ungezwiffelt (ungetwifelt B) alt Saxen mittgewest, vnd ist thom lesten von den Friesen (Fresen B) mitt viel (vill B) anderen martiriziert. Et cum corpus ejus ad Fuldense Monasterium, quod ipse in Buchonia construxerat, reduceretur sepeliendum, omnes campanae ubique divina virtute sine motu alicujus hominis sonuerunt. Ita etiam in Tremonia omnes campanae sonuerunt, cum adveniret corpus S. Reinoldi Martyris.

\* fehlt B. Am Rande in A Capella Sancti Benedicti fundatur (*m<sup>3</sup>*), verändert in Saxellum vel Capella S. B. abbatis fundatur (*m<sup>4</sup>*). Als Ueberschrift Capella S. Benedicti abbatis B.

<sup>a</sup> Laurentius B <sup>b</sup>rei, am Rande transl. verbessert.

ortus quidam, qui cimiterium sancti Benedicti usque in hodiernum diem nominatur.\*

*\* von vierter Hand am Rande ubi und hinter nominatur: vel Theutonice Benedictuskamp. In B, wo die letzte Bemerkung in den Text aufgenommen ist, folgt unter der Ueberschrift Sequuntur aliqua de Chronica Tremoniensium auf mehr als 16 Seiten das Verzeichniss der Rectoren der Benedictscapelle (vergl. die Einleitung), beginnend mit den Worten De tertio filio Noe Japhet und endigend mit Quod etiam omnino ac penitus abolitum est Anno 1572; sodann unter S. Nicolai Kercke eine niederdeutsche Notiz Westhoff's (am Rande Theodorus Westhoff loquitur m<sup>1</sup>). Hieran schliesst sich das Nachstehende:*

Capella S. Jacobi in porta Occidentali.

Anno 1300 Capellam S. Jacobi et Ignatii fundavit et dotavit quondam honorabilis civis Johannes Chrispin piae memoriae. Cujus capellae primus Rector fuit quidam Gerlacus nomine, qui eam resignavit intrans Ordinem Carthus. (*corrigit*) Cruciferorum, qui fecit historiam S. Ignatii cantu et dictamine et contulit ad dotem Capellae agrum juxta Wanemel. Cui successit Godefridus de Campo, qui scripsit missale et contulit capellae, et eciam domum habitationis dedit ad eandem. Procuravit etiam ab amicis suis in Lubecke redditus in Wannemel in ejus augmentationem dotis comparari. Sed bona in Greuele primus fundator comparavit. Sex solidorum redditus apud S. Martinum vp dem Tollrincke Magister Alvinus de Crispini comparavit. Cui successit Arnoldus dictus Patrius, qui Capellam cum reliquiis, sedibus, clausuris et ornamentis multis ditavit.

Anno 936. Ungarorum valida gens collecto exercitu magno fines Christianorum invadunt, Castella dirimunt, Ecclesias et monasteria comburunt consumuntque, populos jugulant et interfectorum sanguine se potant. Westphalam tandem ingredientes diocesin Mindensem devastare incipiunt et venientes ad monasterium sanctimonialium, quod Overenkercke (alias Overenbecke) dicitur, ad duo miliaria distans a Minda, Sanctionales cum suis clericis et familia numero 120 ipso die Sanctorum Felicis et Adaucti crudeliter peremerunt. Monasterium autem multis annis postea desolatum permansit.

Anno 947 Comes de Anholt nomine Hoholt monasterium in opido Geiseke in praedio suo fundavit et dotavit.

Anno 1008 Gens Hungarorum hactenus idolatriae dedita ad fidem Christi per Henricum primum Imperatorem est perducta.

Ex chronica Padelborn.

Henricus 2 Imperator venit Tremoniam uxorque eius Kunigunda Anno domini 1016. ubi Meynwerlus Episcopus Padelbornensis propriam

Anno Domini 1021. consecratum est altare sancti Jo-hannis baptiste in capella sancti Martini Tremonensi. De fundacione et consecratione ipsius capelle nil reperire potui.\*

---

suam matrem homicidii coram Imperatore et suis principibus accusavit: eo quod proprium filium suum Theodoricum in civitatem Upplage dicta prope Elten occidi fecit 7 Idus Aprilis Anni praeteriti, quem scivit Episcopo Meynwerco fratri suo quasi propriam animam dilectum. Hanc sententiam contra matrem non vindictae et nimietate doloris propter imperfectum fratrem, sed sinceritate amoris Dei et canonici rigoris instantia postulavit. Mater Trotmaniam vocatur sive citatur et accepta sententia rea condemnatur ad mortem quibusdam Episcopi inhumanitatem erga matrem suam falsa compassione caussantibus et pro correptione culpae veniam et vitam postulantibus. Episcopus diu multumque restitit et eam, quae peccaverat, temporaliter puniendam, ut spiritus salvaretur in die domini, asseruit: tandem victus instantia postulantum vix acquievit etc. Praedia certa, quae possederat haereditario jure, cum consensu haeredum Imperatori posttestative contradidit et sic interventu omnium vitam carnis optimuit. Quae quidem praedia idem Imperator Ecclesiae Padelbornensi assignavit cum omnibus eorum attinentiis remota omnium hominum contradictione. Et quarto Idus Januarii Indictione 13 Anno ut supra acta sunt haec in Tremonia Westphalorum.

Anno 1018 ipsis Kalendis Eebruarii idem Imperator approbavit et confirmavit donationem certorum praediorum cum omnibus suis attinentiis ante 5 (vel 2, ut mihi verius videtur) annos dicto Meynwerco Episcopo Padelbörnensi donatorum, sed per absentiam Imperatoris in Longobardia aliquantulum conturbatorum.

Anno 1021 Imperator Henricus plenus bonis operibus moritur, sepelitur in Babenberga civitate opulentissima, quam adjumento sororis suae dictae Baba fundavit et aedificavit et Cathedralem fieri fecit miraculis choruscans.

Chorizantes circa haec tempora, quos sacerdos maledixit. De consimilibus chorizantibus anno 1374.

\*) B cap. nihil invenitur; *darnach*:

Anno 1030 Schouwenborch Cometia incepit imperante Conrado 2.

Anno 1098 Ordo Cisterciensis incepit sub patre Roberto, qui fuit Abbas in Molisino ordinis S. Benedicti a Paschali Papa confirmatus.

Anno 1115 Clarevallis fundatur, cuius primus Abbas D. Bernardus fuit.

[Anno Domini<sup>a</sup> 1120. seu, ut alii, 1125., primo anno Lotharii secundi imperatoris, comecia de Marka in Westphalia sumpsit exor-  
rv.a.1125. dium<sup>b</sup>, ut dicit Hinricus de Hervordia. Sed Lewoldus<sup>c</sup> Nort-  
hoff canonicus Leodiensis, qui specialem cronicam Mar-  
kensium scripsit, eam incepisse dicit, sub Ottone tercio

---

Cappenberg.

Anno 1122 Comes Gortfridus de Cappenberg ad persuasionem Nortberti, qui ordinem Praemonstratensem instituit, castrum suum Capenberg ordini Praemonstratentium (*sic*) dedit et solemne inde fecit monasterium et habitu ordinis indutus omnibus virtutibus refulget refulsitque. Goetfridus iste ex parte patris asseritur fuisse de sanguine Widekindi, qui fuit princeps Saxoniae et Westphaliae, ex parte vero matris de sanguine Karoli. Nam secundum aliquos Karolus filiam sororis suae dedit Widekindo post eius conversionem. Ex his originaliter Gortfridus dicitur descendisse.

Anno vero quinto post fundationem dicti monasterii Gortfridus in Eluenstedt monasterio infirmatur ac ibidem plenus operibus bonis in Domino moritur et sepelitur, ubi miraculis claruisse legitur. Tandem post annos 22 Cappenbergenses monachi ossa sui fundatoris a monasterio Eluenstat requirebant assistente eis Domino ottone, qui fuit frater Gortfridi, asserentes eum apud eos sepulturam elegisse. Postremo inter utraque monasteria mediantibus principibus pia lis est composita tali medio, ut corpore diviso superior pars in Eluenstat permaneret, inferior vero in Cappenberg deduceretur. Quo cum venisset, quidam de fratribus ex longa infirmitate contractus et claudus ad sacras, quomodo potuit, venit reliquias, et cum invocasset Gortfridum, ut preces effunderet pro eo ad Deum, ut sanitatem adipisceretur, mox ilico surrexit abiitque, quo voluit.

Anno 1123 ad praedicandam crucem in Alemaniam a sede Apostolica fuit missus D. Bernhardus et veniens ad urbem Spirensen cum majorem Ecclesiam intrasset, imago quaedam B. virginis lignea salutavit eum Gallice dicens BENE VE NIA FRA BERNHART. At ille: GRA MERCY MI DOMINA. Tunc tantus propter eum erat hominum concursus, ut Conratus imperator Tertius, ne populus eum comprimeret, in propriis ulnis de Basilica eum asportaverit.

Unter der Ueberschrift Ecclesia S. Nicolai Episcopi schliessen sich bereits hieran die in A erst später vorkommenden Bemerkungen von 1198 und 1214 (Anno Domini 1198 consecr. est bis Anthonii abbatis); hierzu fügte ein Späterer, wahrscheinlich Huning: Iam tamen loco Anthonii Georgii Martyris celebrant. Et servant ibi hoc nostro anno, vc. 1573

<sup>a</sup> Dom. fehlt B <sup>b</sup> B setzt hinzu imperatore Henrico 4. unpassend, abweichend von Hervord. <sup>c</sup> Lenoldus B immer.

imperatore, qui imperare cepit anno 983. Iste<sup>1</sup> vocabatur<sup>a</sup> North. p. 36.  
mirabilia mundi. De eo scribit Martinus in cronica<sup>2</sup>, quod cf. Mart. Pol.  
Romanus ad hoc coegit, ut Benedictum papam per eum intensem  
sibi traderent, quem<sup>3</sup> secum una cum quibusdam aliis Romanis nobi-  
libus in Saxoniam duxit. Inter hos erant duo fratres de genere  
Ursinorum Ottoni familiares valde, qui cum essent multum immites<sup>4</sup>,  
castrum novum de consensu imperatoris in Westphalia construere  
statuerunt elegeruntque locum valde nemorosum in vaste solitudinis  
monte<sup>b</sup>, quondam ab incolis Wulffesegge<sup>bb</sup>, alias Wulfeshegge  
dicto, quem cum firmare incepissent, comes de Arnsbergh<sup>c</sup> veniens  
edificium et locum videns dixit vulgariter Altena, altena, per hoc in-  
sinuare volens castrum hoc nimis prope situatum esse apud eum.  
Audientes autem Romani hoc nomen Altena dixerunt: Bonum nomen  
o altena. Sic castrum vocatum est Altena usque in presentem  
diem. Ab illo ergo castro predicti fratres nomen accepe-  
runt, iuxta quod nuncupati sunt comites de Altena. Eorum  
vero posteri a castro Marka comites de Marka sunt nomi-  
nati. Non tamen castrum Marka ab hiis comitibus est edifi-  
catum, sed per Adolphum comitem de Altena a quodam militari  
dicto Rabodo<sup>d</sup> de Marka emptum est longe post constructionem

ib. p. 16.  
ipso die Georgii quotannis dedicationem Chori. Et dominica post  
Jacobi dedicationem Ecclesiae. Ante fores templi habentur hi versns:

Primo mileno C quater septuageno  
Cracht Herman parte murus hic conditus arte  
Et sic confecti tectoris culmina tecti.

Anno Domini 1292 Capella S. Jacobi in porta Occidentali pro-  
priis sumptibus Domini Kiliani N. construitur, fundatur et dotatur  
consensu Sifridi Archiepiscopi Coloniensis. De hac re vide etiam  
supra fol.

Als Ueberschrift endlich: DE MARKENSI COMETIA seu potius  
comitatu.

In A fehlt ein Blatt hinter reperire potui; das Eingeklammerte nur  
in B vorhanden.

<sup>a</sup>cognominabatur Herv. <sup>b</sup>montem und dictum B <sup>bb</sup>Woluesecke  
North. <sup>c</sup>Arnsberg B <sup>d</sup>Rabode B

<sup>1)</sup> Iste — mundi bei Herv. a. 981.

<sup>2)</sup> falsch; Nederhoff scheint Benedikt VII. mit Benedikt V. zu ver-  
wechseln.

<sup>3)</sup> Martin l. l.: Imperator — ducens secum nobiles aliquos Ro-  
manos in Saxoniam est reversus.

<sup>4)</sup> ? Northof: cum per provisionem suorum parentum pecunia  
abundarent.

- ib. p. 38. castri de Altena. Constructo igitur castro Altena predicti fratres Romani aliud castrum Reno proprius et Coloniensi civitati super fluviū dictum Done<sup>a</sup> in monte Aldenberghē<sup>b</sup> dicto edificare ceperunt, a quo eorum successores comites de Monte nominati sunt.
- ib. p. 40. Ab hiis igitur duobus fratribus Romanis nobilibus et predictis duobus castris duo spectabiles comecie, scilicet de Altena, que nunc dicitur Marka, et de Monte, que nunc ducatus nomen habet, sumpserunt inicium.
- ib. p. 50. Anno Domini<sup>c</sup> 1126.<sup>d</sup> Adolphus et Everhardus de genere predicatorum Romanorum duorum castrum Altena et Aldenberghē iure hereditario possederunt. Horum tempore commissum est bellum inter ducem Lymborgensem<sup>e</sup> ex una et ducem Brabantie, comitem Lovanii et comitem Flandrie parte ex altera. Huic bello Adolphus et Everhardus comites de Altena cum duce Lymborgensi intererant et res viriles agentibus facta est magna strages hominum, de qua Everhardus graviter Iesus<sup>f</sup> conscientia ductus postea penitens relictis omnibus in vili habitu de castro Altena nocturno tempore clam recessit, perpetuum exilium disponit, peregrinatur Romam. Ad Sanctum<sup>f</sup> Jacobum deinde, ad Sanctum<sup>f</sup> Egidium et post longas peregrinaciones tandem ad monasterium ordinis Cisterciensis
- ib. p. 52. Morimundum<sup>g</sup> veniens custos porcorum factus est. Ubi a militibus sue terre casu inventus et per cicatricem faciei cognitus Everhardus ad persuasionem abbatis eum nobilem et generosum audientis<sup>h</sup> habitum induit monachalem omnibus virtutibus resplendens. Deinde abbatis sui licentia optenta<sup>i</sup> fratrem suum Adolphum, comitem de Altena, visitare venit, quem adhuc induxit, ut castrum Aldenberghē pro construendo sui ordinis monasterio cum multis possessionibus sibi dedit. Inde transiens ad partem Thuringie comitem Zizonem
- ib. p. 56. cognatum suum ad consimile pietatis opus perduxit, qui montem sancti Georgii cum omnibus pertinenciis pro fundando ibidem monasterio donavit. Everhardus autem ad monasterium suum reversus electione omnium factus est abbas. Et Adolphus frater eius post mortem in monasterio Aldenberghē sepultus est.
- ib. p. 58.

<sup>a</sup>Dune *Northof*. <sup>b</sup>so *N.*, Aldenberge B *immer* <sup>c</sup>fehlt B <sup>d</sup>am *Rande* Alii 1129 B, *was nicht bei N.* <sup>e</sup>Lymburgensem B *immer* <sup>f</sup>ad D. B <sup>g</sup>so *N.*, moribundus (!) B <sup>h</sup>audientes B; *vielleicht fehlt esse vor aud.* <sup>i</sup>obtenta *N.*, retenta B

<sup>1)</sup> vielleicht missverstanden aus Northofs Tam gravem concepit conscientie scrupulum et remorsum, ut etc.

Anno Domini 1160. Maguntini archiepiscopum suum in ecclesia  
sancti Jacobi crudeliter occiderunt.\*

ib. 60.

Adolphus, primus comes de Altena, mortuus et sepultus in mo-  
nasterio Aldenbergh, quod ipse fundaverat, habuit filium Adolphum,  
qui genuit duos filios, Brunonem et Adolphum comitem.\*\*

ib. 64.

Adolphus, secundus comes de Altena, genuit Fredericum, qui  
postea fuit archiepiscopus Coloniensis, Everhardum comitem de Al-  
tena, Engelbertem comitem de Monte et Brunonem archiepiscopum  
postea. Hic Adolphus cepit regnare tempore Frederici imperatoris  
primi\*\*\*.

Notandum, quod secundum Levoldum de Northoff ca-  
nonicum Leodicensem in sua cronica Adolphus iste tercius

North. 1. 1.

\* ) B *schiebt ein*: Anno Domini 1156 Adolphus comes de Schou-  
wenberg Lubeck civitatem egregiam fundavit.

Anno Domini 1162 Fredericus Imper. destruxit Mediolanum. Et  
Reinoldus Archiepiscopus Colon. SS. trium Regum corpora olim de  
Perside per Imperatorem translata et inde a S. Eustasio Mediolanum  
transvecta transfert Coloniam.

Deinde post annos duos Fredericus Imperator Henricum Leonis (!)  
Brunsuensem ducem propter crimen laesae majestatis Ducatu West-  
phaliae privat donans illum Reinoldo Archiepiscopo Coloniensi usque  
ad sagittae jactum in Rhenum pro eo, quod in obsidione Mediolan-  
ensi astiterat sibi fidelissime in finem usque. Successor autem Rei-  
noldi Philippus praedictum ducatum ab eodem Frederico potius deli-  
beravit emere quam beneficio donationis habere. Unde etiam donatum  
Ducatum emit pro 50000 marcarum puri argenti, ut patet in his versibus:

Accipe collatum tibi per me, Petre, Ducatum,

Quem quinquaginta marcarum millibus emi.

Ex his patet, quod Ecclesia Coloniensis Ducatum obtinet dupli-  
cure, donationis videlicet et venditionis.

\*\*) B: Bruno fit praepositus S. Gereonis primo et postea electus  
in Archiepiscopum Coloniensem sedit annis sex.

\*\*\*) B: Item Fredericus filius Adolphi, secundi comitis de Altena,  
factus est praepositus S. Georgii in Colonia. Hic postea intrusione  
anno dni. 1156 Cathedram Ecclesiae Colon. assecutus est et praefuit  
duobus annis ac obiit Papiae et ejus ossa inde sunt translata ad  
monasterium Veteris montis Coloniensis diocesis, et ibi sepulturam  
elegerat, ubi et tumulata fuerunt. Bruno vero 2. filius Adolphi 2.  
comitis de Altena praepositus factus Ecclesiae majoris Colon. sedit  
in cathedra Episcopali sub Henrico 6. filio Frederici 1. tribus annis  
et jam senio confectus et debilis renunciavit Ecclesiae (so) Cathedrae.  
In habitu monastico vitam finiens in monasterio Aldenberge.

fuit comes de Altena. Nam ipse ponit, quod Adolphus primus genuit Adolphum secundum et ille genuit duos filios, Brunonem et Adolphum tertium. Et hic Adolphus tertius, comes de Altena, at<sup>a</sup> Adolphus, qui genuit Fredericum, Everhardum, Engelbertum et Brunonem, fuerint duo comites de Altena, concordat cum cronica archiepiscoporum Coloniensium.\*<sup>1</sup>

ib. p. 66.

ib. p. 68.  
Herv.a.1150.

Everhardus, tertius comes de Altena, genuit Adolphum, qui factus fuit archiepiscopus Coloniensis, Fredericum et Everhardum.<sup>b</sup>

Fredericus quartus fuit comes de Altena et genuit Adolphum, primum comitem de Marka. Hic fuit quintus comes de Altena.

Everhardus, frater carnalis Frederici, quarti comitis de Altena, tenuit castrum Nyenbrugghe<sup>c</sup> super Lippiam in parochia Herrigen<sup>d</sup> et castrum Ysenbergh<sup>e</sup> super Ruram, quod per Adolphum archiepiscopum dicitur constructum fuisse. Et genuit Fredericum, comitem de Ysenbergh. Hic sororem habuit uxorem ducis Lymborgensis Henrici.<sup>f</sup> Hic dominum Engelbertum archiepiscopum Coloniensem in silvag Gievelsbergh diabolo suadente ausu sacrilego occidit anno Domini 1225. in die beati Wilibrordi.\*<sup>g</sup> Hoc scelus tam nephan-

ib. p. 70.

\*) B setzt hinzu: Lenoldus specialiter scripsit multa de his duabus Cometiis, Altena videlicet et Markensi und lässt unter der Ueberschrift De officiatis terrae Markensis ex chronica Lenoldi den Abschnitt aus Northof p. 16 Inter caeteros bis p. 20 sicut officiati moderno tempore (B nunc) faciunt fast wörtlich (vgl. die Eint.) folgen.

\*\*) B fährt fort: Quapropter idem Fredericus exul factus tandem a quodam Baldewino de Geneff capitul et a Coloniensibus extra portam S. Severini non longe a civitate turpissime rotatur.

Adolphus primus comes de Marka, vir totius prudentiae distractam et destructam cometiam recuperavit. Unde etc. wie unten in A bis emendo comperavit; jedoch wird hinter construere cepit hinzugesetzt anno Dni. 1225 in die Cinerum, für stare consuevit geschrieben constiterat vel circa und hinter incepit eingeschaltet anno dni. 1226 in die Panceratii circa Hattingen. Hinter comparavit heisst es: Anno 1198 sub Innocentio 3. Livonia ex parte conversa est.

Anno domini 1200 Cometia de Hoye originem habuit.

Causa Interitionis Frederici supradicti Occasione advocatae Ecclesiae Assindiensis, quam Episcopus tenuit, in quo (!) comes injuriam sibi fieri arbitratus est.

<sup>a</sup> vielleicht ist at — et zu schreiben. <sup>b</sup> Gerhardum B, Everhardum North. <sup>c</sup> Nienbrug B <sup>d</sup> Herringhen N. besser. <sup>e</sup> Isenborg immer B <sup>f</sup> Henrici B immer <sup>g</sup> sylva B <sup>h</sup> Willibrordi B

<sup>1)</sup> Jac. de Susato cronic. comitum de Marka.

dum<sup>a</sup> successor Engelberti Hinricus archiepiscopus favente sibi Frederico imperatore et Hinrico filio eius dampnabiliter<sup>b</sup> sed iuste vindicavit. Nam sentenciam condempnacionis corporis et rerum per dictum Hinricum imperatorem in Nurenbergh<sup>c</sup> contra comitem homicidam ferro et fulminari procuravit, qua prolata castra comitis Ysenbergh et Nyenbrugge diruta sunt per episcopum et solo coequata, singulique vicinorum dominorum de illa comecia<sup>d</sup> quidquid potuerunt, sibi attraxerunt. Comes autem<sup>e</sup> Fredericus in diocesi Leodiensi exul vagans a quadam Baldewino de Geneffe capitur, comiti Gelrie, qui advocatus erat Coloniensium, venditur et a Coloniensibus extra portam sancti Severini<sup>ee</sup> non longe a civitate turpissime rotatur<sup>f</sup>. Eo interempto<sup>g</sup> Adolphus, frater eius<sup>h</sup>, vir tocius prudencie, distractam et destructam comeciam studuit recuperare. Unde inter Lippiam et Ursnam fluvios opidum, quod Hamme dicitur, construere cepit, ubi pridem steterat castrum Nyenbrugge cum suburbio. Item in loco, ubi castrum Ysenbergh stare consuevit, castrum aliud Blanckensteyn edificare et firmare incepit. Item castrum Marka consilio et auxilio domini Ludolphi de Boynen a quadam Rabodone de Marka nominato emendo comparavit. Itaque primogenitus Frederici rotati terram per avunculum suum recuperatam et reparatam tamquam verus heres requirebat assistente sibi Hinrico duce Limborgensi et comite de Monte. Occasione huius inter Adolphum et Fredericum<sup>2</sup> gwerra exorta est. In qua cum dux Limborgensis villas iuxta Hammomem incenderet, Adolphus comes ipsum insequeens iuxta Widenbrugge eum prostravit. Postea, cum idem dux per suos villam Sweirte incenderet, superveniens comes in vado fluvii Rure iuxta Vielgeste prostravit eosdem et cepit de militaribus circa sexaginta\*. Adolphus iste fuit bellicosus et victoriosus\*\*.

ib. 72.

Anno Domini 1198. consecrata est ecclesia sancti Nicholai in Tremonia a venerabili Conrado episcopo Lynensi.

\*) B setzt hinzu: Post haec per plures annos quasi continuae guerrae erant inter comitem de Marka contra illum de Limburg, qui et de monte comes erat. (North. p. 76).

\*\*) B: Aliud bellum commissum ab Adolpho de (so statt in) monte quodam Garsenbracht bis Gerhardus in episcopum Monasteriensem promotus est nach North. p. 84 fast wörtlich.

a nefandum B b damnabiliter und so immer B c so North., Norenberga B d mit quidquid setzt A ein e B setzt hinzu (ut supra) ee Seueri corrigiert Seuerini A f non — turpissime und eo — em. comparavit fehlt B ginterea North.

1) vielmehr sein Vetter. 2) Der Name fehlt bei Northof.

ib. 74.

ib. 76.

ib. 78.

ib. 80.

ib. 82.

ib. 84.

Fundata autem est a quodam Lodowico sacerdote et a quadam muliere Alheidi. Ante huius fundacionem steterat in eo loco capella lignea sancti Nicholai, quam consulares unianconicorum sancti Panthaleonis conferebant, quia pauperes erant, ut predictum est, et iste qualibet ebdomada in eadem capella unam vel duas missas celebravit.

Anno Domini 1215. consecrata est ecclesia sanctimonialium ordinis Premonstratensis in Tremonia per venerabilem dominum Theodericum episcopum Hesconie in honorem sancte Katherine virginis et sancti Anthonii abbatis.\*

- ib. 90. Anno Domini 1249. in vigilia apostolorum Petri et Pauli Adolphus comes de Marka obiit.<sup>a</sup> Cui successit Engelbertus suis filius patri in rebus bellicis similis. Hic habuit fratrem Ottonem clericum et maioris ecclesie Leodiensis canonicum et prepositum Sancte Marie Traiectensis. Qui cupiens laicari a fratre porcionem paterne hereditatis poposcit. Ipsi super hoc discordantibus comite de Wardegghe<sup>b</sup> interveniente Otto castrum de Altena et Blankensteyne recepit.\*\* Eo autem infra annos duodecim<sup>c</sup> mortuo predicta castra ad Engelbertum reversa sunt. Engelbertus iste in bello Wulveskampe victoram optinuit.\*\*\* Item villam Mendene firmatam obsedit et destruxit. Item contra dominum Engelbertum de Valkenborgh archiepiscopum Coloniensem gwerram duxit. In quo cum Colonienses villam Hatnegge incenderent, ipse cum suis eos insequens usque in locum Copele<sup>d</sup> dictum, ubi bello commisso comiti cedit victoria et de Coloniensibus circiter octoginta de militaribus captivati sunt†. Post hec archiepi-

\*) In A Lücke von einer halben Seite, bedeckt mit Notizen von vierter Hand.

\*\*) B setzt hinzu: cum quibusdam aliis bonis, eratque homo se verus hic Otto bis obiit anno 1262. in vigil. ass. Mar. (North. 92.) Adolphus ille bellicosus obiit in vigilia Apostolorum Petri et Pauli anno 1249.

(\*\*\*) B: in b. W. ofte Wulfferick victoram obtinet. Anno 1254 fuit grande bellum in campo Wulfferick prope Tremoniam circa villam Brechten u. s. w. lateinisch und niederdeutsch, schliessend mit: Antiquus quidam liber in Brechten habet praedictum bellum esse commissum anno dni. 1254 quod in veni in templo. Dann Sciendum est quod Henricus bis secum capt. abduxerunt nach North. 76 — 84.

† Item villam — capt. sunt fehlt B.

<sup>a</sup> Anno bis obiit fehlt B    <sup>b</sup> Waldegghe North.    <sup>c</sup> North. anno 1262, in vigilia assumpt. b. Mar.    <sup>d</sup> Copele N.

scopus ad vastandam terram comitis gentem magnam congregat.  
Econtra comes ad resistendum se parat: episcopus exercitum suum  
ficte dissolvit, simile, sed non ficte comes facit. Tunc episcopus mox  
restaurato exercitu terram comitis intrat, villam Unna firmatam op-  
pugnat, capit et comburit, militares et opidanos captivat. Tandem<sup>a</sup>  
de pace tractatur et ea reparata<sup>b</sup> matrimonio firmatur et Elisabeth,  
neptis domini archiepiscopi, filia domini de Valkenborgh, comiti de-  
sponsatur.\*

Eodem tempore villa dicta Kamene proprio igne infor-  
tunate incineratur.\*\*

Anno Domini 1277. comes Engelbertus transiens versus Teken-  
borgh, cuius tutor erat, a quodam Hermanno de Loen dicto prostratur,  
vulneratur et captus ad castrum Bredevoirt<sup>c</sup> ducitur, ubi infirmatus  
infra octavam sancti Martini<sup>d</sup> receptis ecclesiasticis sacramentis in  
captivitate moritur. Everhardus autem filius suus ei succedit. Cui  
in matrimonio traditur Ermegardis, filia Adolphi comitis de Monte.  
Anno sequenti Everhardus comes castrum Bredevoirt, in quo corpus  
patris exanime, sed aromatibus conditum, tenebatur, obsidet. Corpus  
mox ei redditur et in Kappenbergh monasterio honorifice sepelitur.  
Comite autem in obsidione permanente vasallis a castro clam fugien-  
tibus vacuum castrum comes capit et destruit.

Anno Domini 1287. quidam Tidericus Kigge miles de castro Ahus  
terram comitis spolio et incendio invadit. Quem comes insequens<sup>e</sup>  
usque ad flumen Lippe ex adverso castri Ahus, ubi congre-  
dientes prostratus comes forcior resurgit, hostes vincit aliis in flumen sub-  
mersis, aliis captis, paucis evadentibus, castrum obsidet, capit et  
destruit. Post hec castrum Raffenbergh sibi infestum crastino ascen-  
sionis Domini obsidet et ad dedicionem compellit.

Anno Domini 1277. in vigilia sancte Gertrudis Wilhelmus comes  
Juliacensis cum duobus filiis suis militibus urbem Aquensem manu  
armata ingrediens ibidem occisus est. De cuius morte gaudens do-  
minus Sifridus archiepiscopus Coloniensis missam fecit cantari in  
ecclesia maiori Coloniensi de sancto Petro, cuius introitus est:  
Nunc scio vere, quod misit Dominus etcetera. Post paucos dies<sup>f</sup>

\*) In B folgen Zusätze, welche aus Northof, p. 94 ff. und Nederhoff  
verschmolzen sind.

\*\*) B: Tunc miles Theodoricus Vollenspitt . . . villam Camen  
comburit etc. (North. 96) Alii dicunt Camen infortunato igne inci-  
nerasse. Das Folgende in theilweise veränderter Ordnung.

<sup>a</sup> interim N. <sup>b</sup> quoque N. <sup>c</sup> Bredenvort N. <sup>d</sup> in die b. Othmari,  
quae est quinta dies post festum s. Martini N. <sup>e</sup>insequens in den  
Text uachgetragen A <sup>f</sup>deinde N.

ib. 98.

ib. 104.

ib. 106.

ib. 110.

ib. 104.

- ib. 106. episcopus Julianum obsidet, capit et comburit et successive totum comitatum destruit et sibi subegit solo castro de Nidegge dempto. Filii vero interfecti comitis Walramus et Gerhardus assistencia comitis Losensis freti totam terram strenue recuperaverunt.
- ib. 118. Anno Domini 1288.<sup>a</sup> exorta est discordia magna inter dominum Sifridum archiepiscopum Coloniensem et civitatem Coloniensem civibus asserentibus se nimium gravari per episcopum, tum quia castrum Woringen contra promissa reedificaret, tum quia theolonea<sup>b</sup> inconsueta, indebita<sup>c</sup> et iniusta exegit, tum quia multa alia gravamina, ubi et quando potuit, eis intulit. Cives itaque vim vi compulsi sunt repellere. Unde caute et prudenter attraxerant sibi Johannem ducem Brabantie, Adolphum comitem de Monte, comitem Julianensem, Everhardum comitem de Marka, comitem de Waeldegg<sup>d</sup>, qui cum pluribus aliis baronibus et militibus una cum civibus Coloniensibus in obsidionem castri Woringen processerunt. Ex adverso archiepiscopus invocat comitem Gelrie, comitem Lutzellenborgensem<sup>e</sup> cum suis fratribus, comitem de Nassou<sup>f</sup>, dominum de Valkenborgh et multos alias barones et militem, cum quibus veniens dictum castrum ab obsidione liberare proponit. Igitur in die sancti Bonifacii dispositis aciebus congregiuntur, et cum inter eos durum bellum esset, quidam de gente comitis Gelrie, qui non ad pugnandum, sed ad predandum venerant, tentoria spoliant, terga prebent et suis relictis turpiter a prelio divertunt, quorum vestigia quidam de exercitu episcopi de victoria diffidentes sequi inceperunt. Prevalentibus igitur civibus captus est archiepiscopus per comitem de Monte, comes Gelrie per ducem Brabantie. Occisus est comes Lutzellenborgensis cum tribus fratribus et cum fratre archiepiscopi una cum multis aliis et factum est in illa die strages magna militarium. Archiepiscopus autem pro sua redempcione impignoravit comiti de Monte Waldenberch, Rodenbergh, Mendene, Asple, Wyde. Comes Gelrie pro sua liberacione ducatum Lymborgensem duci Brabantie donavit. Post optentam victoriam deditum est castrum et destructum. De tempore huius belli habetur versus iste: Lis Worin<sup>g</sup>h demptis bis sex de mille trecentis.<sup>1</sup> Eodem anno comes Eberhardus opidum Werle obsidet, quo dedito muros et fossata solo coequat. Castrum eciam Volmesteen<sup>i</sup>, quod erat archiepiscopi, obsidet et diruit, similiter castrum Ysenborgh<sup>k</sup> prope Rollinchusen.<sup>1</sup>

<sup>a</sup>1278. *N.* (!) <sup>b</sup>telonia *N.* <sup>c</sup>et vor ind. gestrichen *N.* <sup>d</sup>Waldegghe *N.* <sup>e</sup>Lucenb. *N.* <sup>f</sup>Nassowe *N.* <sup>g</sup>ibi *N.* <sup>h</sup>so A anscheinend, Woringen B, Woring North. <sup>b.</sup> <sup>i</sup>Volmersteyne *N.* <sup>k</sup>Ysenbergh *N.* <sup>l</sup>Rechlinghuisen B Rellinchusen?

\*) Die Worte Lis — trecentis finden sich in der Bremer Hs. (b.) Northof's am Rande.

Quod quidam episcopus Coloniensis nomine Adolphus construxerat post destrucionem alterius Ysenbergh, de quo supra dictum est. Et quia de bonis iniustis constructum fuerat, ideo ante portam castri reperiebatur versus iste: Constructum furto durabit tempore curto. Et quia scriptor ignorabatur et sic in re accidit, ut versus dixit, ideo putabatur a diabolo scriptus fuisse.

Anno Domini 1295. comes Everhardus opidum Rekelinchusen ob-  
sidet et ad dedicionem compellit, muros eiecit et fossata coequavit.\*

ib. 122.

Anno Domini 1299. comes Everhardus gwerram dicit contra  
Everhardum episcopum Monasteriensem. Comes autem intrans terram  
episcopi dominum Hermannum de Ludinchusen ad hoc coegit, ut  
castri sui liberum introitum sibi et suis successoribus in perpetuum  
donaret. Anno sequenti turrim Sobbonis in Werde<sup>a</sup> super Ruram  
comes diruit occasione castri Limborg, quod idem Sobbo occupavit.

ib. 128.

Anno Domini 1300. comes Everhardus opidum dictum Nyestat  
construere incepit.<sup>b</sup>

cf. ib. 132.

Eodem anno castrum Rodenbergh obsedit, cepit et destruxit.

ib. 134.

Eodem anno in crastino beati Remigii castrum Swartenborch<sup>b</sup>  
edificare incepit.

ib. 132.

Anno Domini 1303. comes Everhardus assistencia Ottonis epi-  
scopi Monasteriensis castrum Bredevoirt capit et ab utrisque concor-  
diter possidetur.

ib. 136.

Anno eodem comes Everhardus castrum Hovestat obsedit, cepit  
et destruxit, sed non longe post Wicboldus episcopus Coloniensis  
illud restaurat et reformat.

ib. 138.

Anno eodem ipso die sancte Gertrudis episcopus Coloniensis cum  
magno exercitu terram comitis intravit, villam Unna nondum firma-  
tam comburit, villas circumiacentes usque in Aslen incendit et ve-  
spere Sosatum, a quo exierat, revertitur.

Anno Domini 1307.<sup>c</sup> Henricus archiepiscopus Coloniensis  
castrum Vorstenberch construere incepit.

ib. 142.

144.

Anno sequenti opidum Hammonense suo proprio igne totum  
fere periit.

ib. 148.

\*) B: Anno 1297. des negsten dags nach S. Marcus dage was  
tho Dortmund so weldigen fluir u.s.w. 5 Zeilen.

<sup>a</sup>Werden N. <sup>b</sup>Swartenbergh N. <sup>c</sup>137 A, am Rande von zweiter  
Hand 1337; daher dieser Satz bis victor revertitur in B erst hinter 1328.

) Nach Northof war Eberhards Droste Ruthger von Altena der  
Erbauer von Neustadt und Schwarzenberg 1301.

Anno eodem in die sancti Odelrici Everhardus comes moritur et in Vrendeberge<sup>a</sup> sepelitur. Huic successit Engelbertus filius suus.

Anno Domini 1308. comes Engelbertus diocesim Osnabrugensem hostiliter ingreditur. Episcopus cum suis sibi occurrit, bellum committitur, comes prosternitur et vulneratur, episcopus victor revertitur.

Mart. Pol.  
append. c.  
103

Anno Domini<sup>b</sup> 1307. Philippus rex Francorum ipso die sancti Edwardi regis omnes fratres ordinis templariorum in toto regno Francie capi fecit et teneri et ordinatum est, quod ipso die omnes capti sunt. Clemens vero papa causam capcionis ignorans irascitur, sed informatus de eorum ritu execrabilis et prophana professione et abnegacione Christi et expuicione super crucem in opprobrium crucifixi misit literas per universum mundum precipiens destricte, ut omnes caperentur et per diocesanos super premissis articulis inquirerentur. Quod cum fieret, plures eorum eciam ex maioribus se reos esse confessi sunt, propter quod non longe post in consilio Viennensi de prelatorum consilio promulgari fertur publice cassacionem predicti ordinis presente Philippo rege negocium agitante. Sieque an nichilatus est ordo ille, qui iam steterat annis 184, bona autem eorum ordini hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani sub certis condicionibus fuerunt applicata.

ib. 104.

chron. dom.  
cap. 1.

Anno Domini 1310.\* fratres ordinis predicatorum primo Tremoniam intraverunt et super aream, quam mediante domino Everardo Vridach milite emendo comparaverant, conventum fundare incepérunt habentes consensum domini Clementis pape quinti et Hinrici imperatoris. Erectis igitur quibusdam ligneis edificiis divinum officium aliquo tempore in eisdem pacifice nemine contradicente peragebant. Tandem pacis inimici<sup>c</sup> non, que Jhesu Christi, sed que sua sunt, querentes ex fratrnm presencia sua luera minui arbitrantes opidanos suis frivolis ac fallacibus persuasionibus contra fratres excitaverunt, ut edificiis fratrū destructis ipsos violenter et confusibiliter de civitate eiecerunt et aream, quam

\* ) In A als Rubra: Tremoniam intraverunt fratres predicatorum primo, B als Ueberschrift: Conventus Ordinis Praedicatorum.

<sup>a</sup> Vrendenbergh N. <sup>b</sup> vor D. gestrichen eodem A <sup>c</sup> inimici am Rande m<sup>1</sup>.

<sup>1</sup>) In der Dominicanerchronik wird Arnold, Pastor zu Reinoldi, als Hauptgegner genannt.

fratres iusto titulo possederant, stercoribus et cadaveribus repleverunt et ipsam, quantum in eis erat, inhabitabilem reddiderunt.

Anno Domini 1319.<sup>\*</sup> fratres predicatorum Tremoniam sunt reversi et ad edificandum conventum consensum diocesani archiepiscopi, videlicet Coloniensis, habuerunt<sup>1</sup>. Venientes itaque cum suis introductoribus a sede apostolica eis ad hoc deputatis, scilicet pastore in Boynen decano cristianitatis Tremoniensis<sup>a</sup> et pastore in Wattenschede, quibus de mandato apostolico causa erat commissa, bullam papalem in consulum domo publicari procuraverunt. Mox convocati eives feria quarta in ebdomada sancta, scilicet ante diem Pasche<sup>2</sup>, devotissimo tempori non parcentes oratorium denuo erectum penitus everterunt, ut eciam fundamenti vestigium vix remaneret, fratres autem usque ad leprosorium nunc secundo confusibiliter deduxerunt. Tunc frater Johannes de Lippia, prior Myndensis et vicarius provincialis per Westphalię, vir magne sciencie et devotus, flexis genibus cum aliis fratribus coram tota multitudine Deo gracias agentes pro eo, quod digni erant pro nomine Jhesu contumeliam pati. Itaque fratres tam enormiter iniuriati contra opidanos litem in curia Romana movebant et pendebat causa in lite plus quam undecim annis. Processus<sup>3</sup> vero et finis cause patet ex literis et instrumentis desuper confectis et in deposito fratrum reservatis.

Anno Domini\*\* 1331.<sup>4</sup> in vigilia annunciaconis glorioissime virginis Marie<sup>5</sup> fratres predicatorum tertio et ultimo

\*) In A als Rubra: Tremoniam intraverunt fratres predicatorum secundo.

\*\*) A hat als Rubra: Tremoniam intraverunt fratres predicatorum tertio et ultimo.

<sup>a</sup>Trem. am Rande m<sup>1</sup>, fehlt im chron.

<sup>1</sup>) chron. Dom.: Papa (Jo. XXII.) bullam misit archiepiscopo, in qua mandavit illi, ut non permitteret ff. predicatorum molestari in constituendo conventu in Tremonia per quoscunque.

<sup>2</sup>) d. 4. April. <sup>3</sup>) proc. — reservatis nicht in der Dominicaner-chronik. <sup>4</sup>) 1330. chron. <sup>5</sup>) d. 24. März.

ib. 5.

ib. 7.

in Tremonium redierunt caute ordinantes, ut fratres numero circiter viginti divisim singulas portas introierunt habentes secum venerabilem dominum et patrem Johannem episcopum Scopiensem de ordine assumptum. Ligna vero pro oratorio aptata et lapides cum cemento pro altaribus, campanam et alia necessaria pro oratorii erectione eodem die tarde ad aream eo conduci procuraverunt et ipsa nocte annunciacione tam oratorium quam altaria Deo volente occulte erexerunt et consecrari fecerunt<sup>a</sup>. [Consecratione autem completa mane episcopus sacris indutus una cum ministris ante altare stabat infulatus et dicto ab episcopo „Confiteor“ fratres alta voce missam de dedicacione decantare inceperunt crebris ictibus campanularum pulsantes. Mox fama per civitatem spargitur, populus congregatur. Alii de fratum introitu leti cum gaudentibus gaudebant, alii autem dolentes cum flentibus flebant et cum frementibus fremebant. Putantes quidam de maioribus accedentes oratorium iam consecratum impetuose evertere et destruere conati sunt. Quod intelligens dominus episcopus de altari cum ministris ad cemiterium progressus est et premissa brevi collacione sic inferebat: „Auctoritate domini episcopi<sup>b</sup> Coloniensis hunc locum consecravi. Quicunque ergo<sup>c</sup> huic loco aut fratribus violenciam inferre presumpserit, noverit se ipso facto excommunicatum.“ Quo auditio ab eo, quod animo conceperant, retracti sunt et pretermissa violencia sub pena magna mandaverunt, ut nullus cuiuscunque condicionis aut status exsisteret, qui fratribus quamecumque elemosinam<sup>d</sup> donaret aut eciam victuali venderet seu procuraret. Quo non obstante devoti homines fratribus de necessariis occulte providebant. Ad quod impediendum domum fratum circumdederunt, ne cuiquam introitus seu exitus pateret, statuentes insuper custodes garciones, qui honestas et devotas matronas ingredientes vel exeunte veste superiori spoliarent et confundere.

<sup>a</sup>In A grosse Lücke, soweit die Klammern reichen. <sup>b</sup>a. sanctae Dei ecclesiae et d. archiepiscopi chron. dom. <sup>c</sup>quare si quis chron. <sup>d</sup>eleemosynam B.

rent. Ex hac autem spoliacione magna discordie tempestas fuit exorta. Tandem Domino Deo disponente iusticie amatores pio et iusto zelo fratribus compacientes se interpolauerunt et consules cum fratribus composuerunt amicabiliter. Sic igitur fratres in sua domo quiete et pacifice amplius permanerunt sub quibusdam certis pactis et punctis, prout<sup>1</sup> in literis desuper confectis plenius continetur.\*

ib. 8.

ib. 9.

Anno Domini<sup>a</sup> 1324. comes Engelbertus feria secunda ante festum ascensionis Domini castrum Volmesteen<sup>b</sup> obsidet et in festo sancti Jacobi cepit et destruxit. Sic eciam castrum Osthoff destruxit.<sup>c</sup>

North. 162.

ib. 149.

ib. 170.

Anno Domini 1328. comes Engelbertus moritur et in vigilia sancti Jacobi in Vrendeberge<sup>d</sup> sepelitur. Cui successit Adolphus filius eius.\*\*

ib. 192.

Anno Domini 1344. comes Adolphus Engelberti filius in favorem comitis de Arnsbergh fit hostis archiepiscopi Coloniensis. Venit igitur comes mense Julio ante novum opidum Mendene<sup>e</sup> ibidem insultum facere, sed vacuus inde recessit. Eodem anno non diu postea transensis muris novi oppidi Mendene<sup>f</sup> ipsum intrat et totaliter destruit et devastat. Hic Adolphus genuit Engelbertum, Adolphum et Theodericum ex nobilissima Margareta, filia comitis Clivensis, Everhardum quoque.\*\*\*

cf. p. 180.  
204. ib.

Anno Domini 1347. circa<sup>g</sup> festum sancti Severini comes Adolphus de Marka in terra Gelrie moritur et in Vrendeberge<sup>h</sup> sepelitur. Cui successit primogenitus eius filius Engelbertus.

ib. 202.

\*) B: Anno 1323 feria 3. post Pentecosten Episcopus Monasteriensis nomine Lodouicus de Hassia 35. a. S. Ludgero conatus est Hammonense opidum capere et ipse captus est in campo Swinemesch sub ponte et multi militares et armigeri cum eo. (North. p. 160, nomine — Hassia 150.)

\*\*) B: Anno 1337 Henr. Arch. Col. *bis* victor revertitur, *worüber s. o. 1307.*

(\*\*\*) Anno 1344 die 3. post omnium SS. Dominus Adolphus de Marka Eps. Leodiensis in Claremont moritur et in Ecclesia Leodiensi sepelitur ante altare majus. Cui nepos ejus Dominus Engelbertus de Marka per provisionem papae Clementis 6. ad preces Regis Franciae Philippi in Episcopatu successit. (North. p. 192.)

<sup>a</sup>Domini fehlt B immer <sup>b</sup>Volmenstein B <sup>c</sup>construit North., destruit Herv. 1308. <sup>d</sup>Frondenberge B <sup>e</sup>Menden B <sup>f</sup>Vielelleicht ist mit North. eiusdem oppidi zu schreiben. <sup>g</sup>ante North. <sup>h</sup>Frondenberg B.

1) Der Vertrag vom Freitag nach Judica 1331 findet sich dem Wortlauten nach im chron. dom. a. a. O.

Iste Engelbertus inter comites de Marka factus est primus Tremoniensum persecutor et infestator. Erat enim in rebus bellicis strenuus, industrius et Victoriosus. Patre quoque decedente erat iuvenis sedecim annorum<sup>1</sup>.

Anno Domini 1349. erat gravissima pestis epidemia, tam vehemens, ut vivi vix sufficerent mortuos sepelire, et in plerisque locis vix tercia pars hominum supervixit et remansit.

Anno Domini 1351. Judei per totam Almanniam<sup>a</sup> igne cremabantur, quia suspecti habebantur, quod fontes et puteos intoxiciasset et aliqui torti idem confessi fuerant. Tremonienses tamen Judeos suos non cremabant nec occidebant, sed de civitate expulerunt.

Anno eodem visa est Tremonie et in aliis partibus Almannie quedam secta pestifera hominum utriusque sexus, qui se fratres crucis seu flagellatores nominabant, ex diversis dioecesibus confluentes, de loco ad locum cum vexillo crucis continue per 32 dies et dimidiam peregrinantes et numquam in ullo loco ultra unam noctem dominicis exceptis diebus quiescentes. Et completis dictis diebus ad propria fuerunt reversi. Fecerant autem per dictos dies penitenciam hanc. Nam mane et vespere corpora denudata publice in conspectu hominum flagellabant, ut ad singulos ictus sanguis efflueret. Ductores autem habuerunt pastores seu plebanos suos vel alios religiosos. Et ad tantam insaniam veniebant, ut miracula se facere crederent. Feminas eciam circumducebant, que<sup>b</sup> demonas expulsos ab eis affirmarent. Et cum flagellabant, cantare consueverunt et, dum canta- rent, sepius contra terram in faciem cadebant. Simplices ad lacrimas provocabant, clericos eis contradicentes minis terrabant. Et licet multi simplices ex devocione se eisdem associaverunt, principaliores tamen heretici inventi sunt. Et nisi dominus Clemens papa 6. sub anathematis sentencia

<sup>a</sup>Alemaniam B <sup>b</sup>qui B

<sup>1)</sup> Nach Northof war er 1333 geboren.

hanc penitenciam prohibuisset, multa mala contra clerum per eos attenta fuissent.<sup>1)</sup>

Anno Domini 1352. orta est gwerra inter dominum Engelbertum, sextum comitem de Marka, et comitem Godefridum de Arnsbergh. North. 204.

Tremonienses<sup>2)</sup> autem a comite Engelberto et eius officiatis gravari se arbitrantes Gotfrido comiti se confederantes hostes Engelberti comitis per diffidenciales literas facti sunt. Tunc comes Engelbertus munitionem fecit ante forestum Tremoniensium secus viam, que dicit ad portam borchporte.

Anno eodem inter dominicam Letare et feriam secundam<sup>3)</sup> comes Engelbertus exercitu clam congregato civitatem Tremonensem per aqueductum, qui est per muros civitatis, intrare nitebatur, sed Deo civitatem protegente comes in proposito frustratus est.\* Eadem nocte Tremonienses cum 60 armatis villam Lutkendorf munde<sup>4)</sup> incenderunt.

Anno eodem blada Tremoniensium calcavit et arbores eorum succidit. Posthec sabbato<sup>a)</sup> ante festum Jacobi<sup>5)</sup> cives equali potencia et numero exeuntes frumenta de agris per portam dictam hovelsporte introduxerunt. Populo autem ultra horam eis constitutam in agro manente quidam Johannes Sudermann proconsul ad revocandum populum exire iussus est, qui ab hostibus in rubetis iacentibus in loco dicto bryenhegge<sup>6)</sup> cum octo civibus prostratus et captus est. Demum in profesto nativitatis Marie virginis<sup>7)</sup> gwerra composta est et pax reformata. Captivi autem dederunt comiti 1100 florenos, quos civitas solvebat, quia proconsul non motu proprio, sed iussus pro revocando populo in agrum exivit. Pax autem reformata inter comitem et civitatem duodecim subsequentibus annis duravit.

Anno Domini 1353. comes Engelbertus castrum Rode et opidum, North. 206.

\* ) B: Hedden die Gadderen in der Slusen achter den Graen Monniken by na en twe.

a sabbatho B immer.

<sup>1)</sup> Vgl. Hervord. a. 1349 mit den Anmerkungen von Potthast.

<sup>2)</sup> Die Einmischung der Dortmunder erwähnt auch Northof.

<sup>3)</sup> 18/19. März. <sup>4)</sup> Lütgendortmund. <sup>5)</sup> 21. Juli. <sup>6)</sup> vielleicht Brüninghausen. <sup>7)</sup> 7. Sept.

quod adiacet, et castrum Clusensteyn per Gerhardum Plettenbergh construere incepit.

chron. dom.  
13.

Anno<sup>\*</sup> Domini 1354.<sup>1</sup> in festo nativitatis Marie virginis celebratum fuit primum capitulum provinciale fratrum ordinis predicatorum in Tremonia. Et prima die post predictum festum<sup>a</sup> consecratus est chorus fratrum per dominum Rudolphum, episcopum Constantiensem<sup>b</sup>, de ordine assumptum ex conventu Erphurdiensi, in honorem sancti Johannis Baptiste et Ewangeliste<sup>c</sup> ac beate Marie Magdalene.\*\*

Anno Domini 1356. ipso die sancti Luce<sup>2</sup> factus est terremotus magnus in Basilea et circumcirca et periit civitas Basiliensis in ruina domorum quasi tota. Extra eam et circa 65 castra ceciderunt multeque ecclesie verse sunt. Et duravit tribulacio ista decem diebus<sup>3</sup>, in quibus homines in campus vagi currebant, quia in lapideis edificiis manere non audebant.

North. 218.

Anno eodem dominus Karolus Almannie et Bohemie rex et imperator in festo nativitatis Domini Metis solempnem celebravit curiam, in qua fecit publicari diversas constitutiones universo mundo utiles et proficuas. Inter quas erat una contra diffidaciones iniustas

---

\*) B hat als Ueberschrift: Capitulum.

\*\*) B: Anno 1351. Domicellus Adolphus receptus ad praebendam Leodiensem, filius Adolphi, frater Engelberti. (North. 204).

Anno 1353. Comes de Marka ivit ultra Mare bis ad studium (das. 206 wörtlich).

Anno 1357. ante Carnisprivium comes de Marka Engelbertus solennem in Werden tenuit curiam pro nuptiis sororis sua, quam comiti de Nassawe desponsavit. (Das. 222 wörtlich).

Anno 1348. vel potius 1398 (gestrichen) Domicellus Adolphus de Marka in Ecclesia Coloniensi admissus est ad praebendam, filius Adolphi Comitis et frater Engelberti Comitis (das. 202).

Anno 1357 Dominus Lodouicus de Hassia u. s. w. (das. 222) bis tenuit in castro Hoyensi (226) fast wörtlich. In die S. Agnetis cum Domino Leodiensi ivit in Westphalię. Igitur anno 1358 Dominica in Sexagesima solenniter intraverunt Monasterium et recipiuntur honorabiliter (ebendaher).

a in die predicta chron. b Constantionensem chron. c Joannis vor Ew. chron.

1) chron. 1355. 2) 18. Oct. 3) Vgl. bis hier North. 216.

et in honestas, que quibusdam militaribus in Westphalia sunt consueta. Et hec est in forma<sup>1</sup>: *Inhibemus, ne pretextu diffidacionis quisquam invadatur per incendia, spolia vel rapinas, nisi diffidacio per tres dies naturales ipsi diffidato personaliter vel in loco, quo habitare consuevit, publice fuerit intimata possitque de intimacione huiusmodi per testes idoneos fieri plena fides. Quisquis contra hec quempiam diffidare vel invadere presumpserit, infamiam eo ipso incurrat, ac si nulla diffidacio facta fuisset. Quem eciam tamquam proditorem per quoscumque iudices penis legalibus statuimus castigari.\**

Anno Domini 1364. Engelbertus comes de Marka Tremoniensibus amicabiliter se confederavit.\*\*

Sciendum, quod pro hac confederacione dederunt Tremonienses comiti Engelberto in prompta pecunia 5000 florinorum Renensium. Insuper omni anno 60 marcas in festo sancti Martini episcopi ad vitam comitis promiserunt se datus, sicut et ipse confederacionem fecit. Hanc confederacionem servavit illesam idem comes 14 annis. Post hos oblitus huius confederacionis fit eorum publicus hostis, ut infra patebit.

Anno Domini 1370. facta est in Westphalia inter dominos universalis confederatio pacis et concordie, que vulgariter Landtfrede dicitur, cuius auctor erat dominus Hinricus Speigel, episcopus Paderbornensis.\*\*\*

Anno Domini 1375. ipso die divisionis apostolorum<sup>2</sup> Wilhelmus comes de Monte cum duce Juliacense et comite

\*) B: Anno 1358 Mercatores in Flandria circa littus maris Stoppelum a Bruggis in Dordracum transtulerunt propter violacionem libertatum eis factam, quem Bruggenses postea cum difficultate rehabuerunt.

\*\*) *Mit der Einleitung* cujus confoederacionis littera sequitur de verbo ad verbum et est talis folgt in B der (bei Fahne, 2, 407 und bei Teschenmacher, ann. Juliac. II, 53 gedruckte) Vertrag, beginnend mit Wy Engelbert Greue van der March und endend mit Datum anno domini 1364. feria quarta proxima post festum beati Matthiae Apostoli.

\*\*\*) B giebt hier in 30 Zeilen einen Bericht von der Ueberrumpelung Lüneburgs durch den Herzog von Braunschweig und der Rettung dieser Stadt durch einen schlauen Bürger.

a so North., nec B

<sup>1)</sup> d. h. im Auszuge. <sup>2)</sup> 15. Juli.

Clivense ac aliis multis baronibus et militibus per literas diffidencie facti sunt Tremoniensium hostes. Igitur ipso die Alexii dicti principes cum septingentis equestribus, mille pedestribus et sexcentis curribus Tremoniam obsidere venerunt. In villa itaque Dorstvelde divertentes de molendino civitatis vexilla sua principaliter principes protenderunt et in campo inter Tremoniam et Dorstvelde tentoria sua fixerunt. Et prima nocte sagittas igneas in magno numero intra civitatem proiecerunt, de quibus nullum penitus incendium nec aliquod secutum est nocumentum lesivum. Nam infra duos dies, quibus in obsidione permanerunt, 27 globos lapideos, quorum aliqui 50 haberent pondera, ad civitatem proiecerunt. Exercitus vero a iaculis ab civitate proiectis multa sustinuit incommoda et sensit letalia vulnera. Unde a principibus subordinatum creditur, quod quidam Engelbertus Sobbo miles pro placitis instituendis Tremoniensibus loquebatur. Ad que ipsi restituto eis primo eorum molendino consensum prebuerunt. Tunc treugis factis<sup>a</sup> dieta in Byenborgh<sup>1</sup> est instituta et principes ab obsidione recesserunt. Adveniente igitur dieta ad peticionem comitis prolongata est. Quam cum altera vice prolongari vellet, prestita cauzione de prolongacione tercia non fienda iterum secundo prolongata est. Tercio igitur termino veniente comes infirmitate detentus ad locum venire non potuit, unde de consensu parcium subordinatum est, ut Tremonienses comitem accederent ad castrum ter borch dictum impetionem suam ibidem audituri. Quo cum venissent, comes contra eos proposuit, quomodo ante portas civitatis per repagula civitatis cum suis prostratus et captus esset, adiciens captores tales civitatem exivisse et eciam reintrasse. Quod cum cives negassent, dictatum est, quod iuramento se purgare deberent, ad quod cum<sup>b</sup> parati essent, comes<sup>c</sup> iuramenta civibus remisit et sic pax inter eos reparata est.

<sup>a</sup>facta B <sup>b</sup>fehlt B <sup>c</sup>vorher comites gestrichen.

<sup>1)</sup> Wo?

Pecunialem tamen propinam, quam comes sustinuit vel siciebat, non est adeptus.

Anno Domini 1376. quidam Jacobus de Thyla Wesaliensis civis de quodam furto in suo hospicio Tremonie commisso vehementer suspectus habebatur. Unde pro inquisitione veritatis civitas ipsum capi et vinculari fecit, sed intuitu domicelli de Marka Theoderici<sup>a</sup>, domini de Dinslaken, cuius subditus erat, ipsum protinus dimiserunt. Huius occasione dominus domicellus Tremonienses ad suum iudicium in Hystvelde cum gladio vocari fecit et eos processu illius iudicii eis ignorantibus tamquam viros sceleratos, omni pace vacuos et defensione indignos, condempnare procuravit.

Anno eodem comes Engelbertus de Marka frater predicti Theoderici causam habuit cum Sozaciensibus, ubi ad placitandum Tremonienses venire rogavit nonnullis estimantibus dolo et fraude utrorumque fratrum hoc fuisse ordinatum. Peracta igitur dieta revertentes Tremonienses domicellus insidiouse usque in villam Wickede sequitur, ubi eos prosternens ad civitatem suam Holte duxit captivos nulla diffidacione precedente. Cum igitur ob hanc causam dieta deberet institui, Tremonienses in dietam consenserunt. Cum autem diu esset placitatum, tandem dietatum est, quod domicellus dominus captivatos hostes libertati deberet restituere et omnia eis ablata reddere. Estimabantur autem ablata ad valorem trecentarum marcarum. Sed versipellis domicellus captivos ante eorum liberacionem seu dimissionem ad hoc coegit, ut iurando promitterent dictas trecentas marcas se soluturos.

Anno eodem in quadragesima domicellus Theodericus cum magno exercitu Tremoniensium campos ingressus est rapere volens et occidere, sed frustratus nullum penitus dampnum intulit preter duos viles equos, quos rapuit. Non longe post tempore reversus est et 14 vaccas abduxit. Tandem frater suus Engelbertus comes dietam instituit in

---

<sup>a</sup>Theodor. B immer.

Essendia, in qua nichil de pace conclusum est, quia dominus id, quod iuris erat, nec facere nec recipere volebat.]

Anno Domini 1377.\* Karolus quartus Romanorum imperator et Bohemie rex in die sancte Ceciliae virginis<sup>1)</sup> de Sozato veniens Tremoniam intravit. Tremonienses vero de eius adventu per eundem nocte eadem certificati cum ducentis equis usque per Unnam sibi occurrunt, ubi imperator episcopum Padelbornensem et cives Sozacienses, quos usque ibi habuit conductores, licenciat et cum Tremoniensibus usque civitatem processit. Eo autem usque in Koirne veniente proconsules velocius procedentes tres claves ad portam civitatis albo baculo appensas de civitate redeentes attulerunt, quos regie dignitati unus proconsul de equo descendens iuxta crucem lapideam cum digna reverentia presentavit. Rex vero clavibus in manu receptis mox eos benigne reddidit offerenti. Introducebatur itaque rex cum processione tocius cleri, que sic erat ordinata. Sanctimoniales de sancta Katherina singule cum sanctis reliquiis collateraliter coniuncte processerunt. Quas sequebantur predicatorum et minorum ordinis fratres, predicator minori et minor predicatori collateraliter associatus, in manibus sanctorum reliquias gestantes. Post hos ibat processio scholarium, singuli certum viride<sup>a</sup> in capite et sceptrum coloris viridis in manu portantes. Postremo sacerdotes seculares sanctorum reliquias in manu ferentes incedebant. Tumba vero argentea cum sancti Reynoldi reliquiis et sacrum caput eius post processionem honorifice portabantur. Aderat quoque magnorum cereorum de singulis ecclesiis multitudo. Rex autem cum reliquiis appropinquasset, de equo mox descendens caput sancti Reynoldi osculabatur et rursum equum ascendens processionem sequebatur. Tunc inter

\*) In der Hs A, welche mit Anno einsetzt, finden sich von zweiter Hand hier die von B in den Text eingereihten Worte mensis nouembris die 22.

<sup>a</sup>seratum viridem B

<sup>1)</sup> 22. Nov.

cantancium clericorum iubilacionem tubarum fistularumque clangor<sup>a</sup> resonabat et campanarum sonus per aera diffundebatur. Rege ad portam veniente duo proconsules antiquiores ibidem armati stantes freno equi, cui rex insederat, lateraliter se applicantes ipsum introduxerunt. Erat eciam tentorium ad hoc ordinatum, quod super regem ferebatur, et dux Lunenborgensis gladio evaginato ipsum precedebat. Platee vero, per quas rex transierat, diligenter erant munitae et curiose ornatae. Stabant in platea orientali usque ad cimiterium sancti Reynoldi a dextris viri, a sinistris femme in vestitu decenti regem debito cum honore recipientes. Eo autem ad predictum monasterium veniente de equo descendens ecclesiam intravit et flexis genibus ad summum altare Domini supplex adoravit. Cantabatur in organis responsorium 'Felix namque' et ipso finito regem iterum equo insedentem proconsules in domum Johannis de Wickede in platea wistrate dictam perduxerunt. Altera die mane rex at ecclesiam sancti Reynoldi missam auditurus equester properabat. Qua finita de sancti Reynoldi reliquiis sibi dari petivit et aperta per burgimagistros argentea<sup>b</sup> teca data sunt ei duo ossa, que ipse elegit. Insuper optulit ei civitas librum de gestis sancti Reynoldi et historiam, que in eius festo decantari consuevit. Quibus grataanter acceptis ad hospicium rediens mensam pransurus accessit. Inter hec Engelbertus comes de Marka a civitate salvum petuit conductum et cum quadraginta equis intromissus est. Venit eciam Wilhelmus comes de Monte cum magno exercitu ad portas civitatis ingrediendi postulans conductum: qui cum quadraginta equis ingredi licenciatus est. Quod rennuens ducem Lunenborgensem et episcopum Brunsbergensem<sup>c</sup>, qui ad ipsum exierant, pro tocius sui exercitus conductu apud regem instetit, sed rege intelligente prefatum comitem<sup>d</sup> antecedenter civitatem iniuste gravasse, conductu negato co-

<sup>a</sup> so B, sonus gestrichen und √ (Lücke am Rande) A <sup>b</sup> vorher apoteca gestr. A <sup>c</sup> Brunsuicensem B <sup>d</sup> ducem gestr., com. am Rande A.

mitem ad proconsules remisit. Tunc comes ira fremens cum suis via, qua venerat, reversus est. Preterea dux Lünenborgensis, quia marschalcus est imperii, impeticionem fecit contra civitatem proponens tria: primo, ubicumque imperator civitatem imperialel primo intrat, ibi porta civitatis debet esse de certa mensura in latitudinem et altitudinem: secundo, omnia edificia, que ab equestri<sup>a</sup> in platea cum hasta possent attingi, debent deponi: tercio omnia emolumenta iudicij cadencia tempore residencie imperatoris ad marschalcum pertinerent. Et in fine conclusit dicens: Hec tria in hac imperiali civitate non sunt observata. Hiis auditis intercepta est causa a quibusdam et mediante propina duci oblata amicabilis composicio inter partes practicata est. Deinde rex humiliter a consolatu rogatus antiqua eorum privilegia confirmavit et antiquis nova generose superaddidit. Die vero tercia post introitum regis mane pro recessu se disposuit et solutis undique per civitatem expensis cives regem conduxerunt. Engelbertus vero comes de Marka ante portam regem exspectans simul cum eo ivit, cumque prope Parvam Tremoniam<sup>1</sup> rex cum toto exercitu venisset, cives licencia accepta regieque maiestati decenter valedicta in suam civitatem sunt reversi.\*

---

\*) B schiebt ein: Anno 1377 in die S. Ceciliae IVS DER STEGEN-REPSHOVE

A vetustis peragatur (*so für propagatum?*)  
Sequens jus, ne sit velatum,  
Praesens Charta permansura  
Hac demonstrat in scriptura.  
Dum Romanus Imperator,  
Omnis orbis dominator,  
Hanc urbem est (*so für e. u.*) ingressurus (ingressus B)  
Primum Rex et permansurus,  
Tunc his, quibus est dominium (*so*)  
In Stegerephove paratum,  
Debent ante portam stare,  
Ubi Caesar vult intrare,

<sup>a</sup>equestro A ? B.

<sup>1)</sup> Lütgendortmund.

Anno Domini 1378. quidam Hinricus de Hardenberge militaris a quodam Judeo in Tremonia habitante summam pecunie concessit non tradens pignora, sed solam literam recognitionis cum suo sigillo, in qua dictam pecuniam in statuto termino eciam cum iuramento se soluturum promisit. Ipso autem promissa et iuramenta non servante Judeus cum litera, quam habuit, eum fallacem et perjurum asseruit et probavit. Et quia proconsules ad voluntatem dicti Hinrici cum Judeo non processerunt, sed veritatem amicam preelegerunt, ideo Hinricus per literas diffidencie factus est Tremoniensium hostis. Preterea Tidericus dominus de Dynslaken ire rancorem gestans contra Tremonienses ipsis diffidit et Hinrici fit adiutor. Intuitu vero domicelli diffida-

---

Ejus strepam complectendo,  
Manu regem sic ducendo  
Nudo capite (^ter B) decenter  
Usque in templum pertinenter,  
Sibi primum quod patescat.  
Ibi stando tunc quiescat,  
Donec Rex descendat equum  
Suique Barones secum  
Et templi subintret fores  
Secundum regales mores.  
Equum Regis tunc habebit  
In suos usus, qui tenebit  
Strepam circa dictos mores  
Tanti Regis per honores.  
A Karolo quarto Rege  
equum ceperunt (^rit B) ista lege  
Joannis et Hilbrandi nati  
De Wickede cognominati,  
Nam eis tunc praenarrata  
Dicti mansi fuit strata  
Anno Christi sub Milleno  
Trecentis cum septuageno  
Adjunctis septenis piae  
Ceciliae Sanctae die.

Anno 1377 Comes Engelbertus cepit castrum comitis de Arnsberg, principale castrum.

verunt secum in eadem litera Bernhardus comes de Benthem, Baldewinus dominus de Stenvordia, Johannes de Solmes, dominus de Ottensteyn, Everhardus de Hekeren, dominus de Almelo, Hinricus Buck, Hinricus de Broyle, Johannes Baze, Goswinus de Lembeke, Johannes de Hovele, Hermannus de Reke, Gerhardus van dem Loe, Arnoldus Olderogge, Gerhardus Kortepenninck. Ista diffidacio licet nomine fuerit propter Hinricum Hardenberch, re tamen aliud pretendebat, ut in sequentibus patebit.

Anno Domini, quo supra,\* dominica proxima post festum Michaelis<sup>1</sup> sepelictus domicellus Thidericus magno congregato exercitu civitatem Tremoniensem tradiciose capere pretendit. Modum vero tradicionis consiliante quodam Rotgero de Gisenberge, qui Tremoniensium stipendiarius fuerat, satis industriosum excogitavit. Erat in civitate mulier quodam Agneta de Vyrbeke, que virum militem habuit, post cuius mortem cum quodam cive secundas nupcias contraxit. Isto mortuo ipsa in civitate vidua permansit. Mulierem hanc nephandam pro apto tradicionis instrumento elegerunt, cuius consensum domicellus magnis muneribus et promissis prius ad hec ipsa procuravit. Statuta itaque tradicionis die et domicello ad hoc se preparante rumor ad Tremoniensium fautores usque pervenit, qui eos in suis literis ad diligentem sue civitatis custodiam viro tradicionis infectam seriosius hortabantur. Tunc primo statutum est ac publico pronuntiatum edicto, ut nullus hospes seu extraneus fossata civitatis, muros, turres vel alias municiones sub pena mortis ausus esset perlustrare. Nocte igitur, que est inter sabbatum et dominicam primam post festum Michaelis<sup>2</sup>, literas avisacionis valde seriosas ab amicis receperunt. Omnibus itaque hac nocte vigilantibus usque ad lucis auroram cives securiores facti alternatim pro quiete ad domos suas abierunt, porte autem civitatis clause permanebant, quarum eciam

\*) ut supra seu ut alii volunt 1376 B.

<sup>1)</sup> 3. Oct. <sup>2)</sup> S. o.

reservacio Deo, non homine disponente ultra consuetam horam differebatur. Mane itaque, cum iam esset ultra consuetam horam, qua porta aperiri consuevit, venerunt ad portam australem, vulgariter wistratenporte dictam, duo currus, quorum unus lignis focalibus, alias feno onustus videbatur. Hos siquidem prefata nephanda<sup>a</sup> [Agneta pro tradizione conficienda ordinavit. Nam currus lignorum ad hoc erat ordinatus, ut sub porta sagittaria, que in turri pendet et vulgariter dicitur schotporte, staret et casum reciperet. Currus vero feni armigeros sub feno velatos habebat, ut portam apertam tenerent et claudere volentes prosternerent. Hos duos currus Agneta ab amicis sibi missos asseruit et portas pro eorum introitu postulavit sibi aperiri. Ignorantibus igitur portariis hamum in ista porta aperire inceperrunt. Erant insuper circa portam in vallis, cavernis, vepribus et aliis locis latibulosis armati plures ordinati, qui ad signum ab Agneta vel a suis eis dandum mox festino cursu ad portam properarent. Apertis igitur prioribus portis et curribus intromissis traditrix omnes portas apertas existimans signum dedit. Tunc surgentes armigeri de fructeatis et latibulis ad portam properabant, quas cum nondum plene apertas cernerent, confusi nimis retro cesserunt. Concurrentes itaque cives turrim porte ascenderunt, ubi Agnetam sceleris auctricem cum Arnoldo, filio suo, et Conrado, filio comitis Tremoniensis, quos nedum consciros, ymmo criminis cooperarios habuit, simul congregatos invenerunt. Hos protinus captivaverunt et vinculaverunt et, ne periculum in mora contingeret, eodem die accedentes morte turpissima iuste et iuridice eosdem condempnaverunt viros utrosque in foro decapitantes. Mulierem vero currui<sup>b</sup> lignorum, quem pro tradicione adduci fecerat, alligantes lignis cum curru incensis flammigero igne eam consummaverunt iustum

<sup>a</sup> Hier, am Schlusse des einzelnen erhaltenen Blattes, findet sich in A die Bemerkung: verte folium et invenies residuum von erster (?) Hand. Die folgende Seite ganz von späteren Händen beschrieben. <sup>b</sup> curruum B.

Assueri regis sentenciam<sup>1</sup> in hac parte sequentes. Quia sieut Aman in ligno, quod innocentii Mardocheo paraverat, suspensus est, sic ista in ligno, quod pro multorum innocentium morte adduxerat, incinerata est, ut sic in ligno vinceretur, que per lignum vincere proposuit.<sup>a</sup> Cives igitur huius periculi evasionem non proprie industrie, sed Deo attribuentes pro graciārum actione ac perpetua recordacione diem hunc omni anno cum solempni processione et missa peragi statuerunt. Tandem, cum gwerra hec inter dominium et civitatem per annum et dimidium fuisse continuata, comes Engelbertus causam intercepit et dietam inter partes instituit, in qua amota prius falsa et iniusta condemnacione, quam domicellus in Hystvelde fulminare fecerat, partes amicabili compositione federavit et inter hec Hinricus de Hardenberge et Engelbertus de Ovete a Coloniensibus civibus capti et decapitati sunt pro eo, quod Wilhelmum ducem Juliacensem in civitate Coloniensi captivare attemptabant.\*

Anno Domini 1378. sexto decimo die Januarii imperatrix gloriissima Elisabeth, inclitissimi Karoli quarti impera-

---

\*) B: Anno 1378. Agneta de Virbecke cum suo filio et comitis Tremoniensis filio morti adjudicati sunt, ut in praecedentibus habetur. Tunc Domicellus Theodoricus de Marka cum sex militaribus praefatam Traditricem et Tradidores in publica littera de traditione purgare nitebatur. Cujus litterae tenor sequitur de verbo ad verbum.

Wy Thyderick van Marcke, Goswin van Lembeck, Johan van Houele, Engelbert van Ouite, Hynrich sin Broder, Henrich Hardenberg, Rotger van dem Gysenberg, des olden Rotgers Sone, wy seuene, de dar mit vmbgengen vnd ander geine gesellen, dar tho ene wisten, dat wy mit vnzen vrunden Dortmund wolden gewunnen hebben, maken kundt und bekantlich allen forsten, allen hern, rittern, knapen, allen steden, allen guiden luiden, vnd vord alle den genen, dey dissen breiff seit off hort lesen, dat wy mit vpgerichteden fingeren gestauedes redes ten hilgen hebt gesworen vnnnd swert ouermittel diesen Breife, dat Niese van der Virbecke, Arndt er Sohn vnnd Conradt des Greuen

<sup>a</sup>ut — proposuit gestrichen von späterer (?) Hand.

<sup>1</sup>) Esth. 7.

toris, cuius supra meminimus, conthoralis, civitatem Tremoniensem in curru aureo suptiliter fabrefacto residens, coronam auream gemmis preciosissimis ornatam in capite habens solempnissime intravit. Circumdabantque eam barones, milites, nobiles, vasalli et presbiteri et quam plures puelle pedisseque venustius composite et ornate. Quam introeuntem honorabiles proconsules et consules civitatis cum aliis civibus insignioribus una cum honorabili viro domino Hinrico de Wickede, ecclesie sancti Reynoldo tunc pastore, cum reverencia et honore multiplici receperunt et in domum honorabilis Johannis de Wickede, ubi pridem imperator requieverat, introduxerunt. Peractaque cena cubile intrat. Altero<sup>a</sup> autem mane resurgens ibat cum sua familia ad ecclesiam sancti Reynoldi missam auditura, qua audita de ostensis sibi sancti Reynoldi reliquis os de brachio dicti martiris devotis precibus impetravit. Deinde proconsulibus et consulibus pro via regenda precedentibus ad hospicium est regressa. Peracto quoque prandio cum tota sua familia domum consulm ascendit, ubi proconsules et consules adolescentesque insigniores, femine et puelle venustiores, indumentis cultioribus vestite, imperatrici reverenter se presentaverunt. Eratque tota domus intrinsecus decenter perornata. Sedebat tunc imperialis domina, moribus et gestibus ornatissima ac gratissima, coronam auream prima multo preciosiorem in capite gestans. Auditur ibidem variorum musicalium instrumentorum dulcissima melodia. Fistulis tandem resonantibus ad instaneiam regine chorea in eius aspectu a viris, feminis et puellis ad huiusmodi aptis decentissime ducebatur. Oblatis autem electuariis aromatice confectis et vino optimo propinato imperatrix

---

Soohn van Dortmundt vnschuldig syndt vnd weren purlike, de so leueden, van den saken vnd handelinge, wegen dat wy seuen Dortmundde wolden hebben gewunnen. Vnd des tho einem tuge der warheit, so hebben wy seuen vorg. vnse ingesegele mit vnsen wetten an dissen breiff gehangen. Datum anno etc. ut supra.

<sup>a</sup> so B, altera die?

cum suis ad hospicium regreditur cenaculoque recipitur ad cenandum. Altera autem die surgens regina diluculo festine se parat ad recessum. Tunc honorabiles proconsules et consules in omnibus hospiciis pro familia regine totas solvunt expensas, dominis vero et dominabus et ministris, qui digni videbantur, munera et xenia offerebant. His peractis illustrissima regina proconsulibus et consulibus valedieens multiplices eisdem retulit grates asserens se velle proconsules et consules cum urbis incolis favoribus, promocionibus et graciis quibuslibet prosequi indefesse.

Preterea memorie commendandum est, quod honorabili generacioni de Wickede ab imperio antiquitus est gracie concessum pariter et donatum, ut quandocumque imperatorem Tremoniam venire contigerit, in domum alicuius viri honesti de tribu illa, scilicet Wickede, introducetur et ibidem recipietur. Ipso vero imperatore de equo descendente dignior de Wickede natu equum, cui rex insidet, suis usibus applicabit.\*

Anno Domini 1380. Tremonienses duas portas civitatis clauerunt et muro obstruxerunt.\*\*

Anno Domini 1383. comes Engelbertus cepit opidum Werle.\*\*\*

Anno Domini 1388. Engelbertus comes de Marka oblitus pristine confederacionis facte cum Tremoniensibus et de qua litera erat confecta et parcium sigillis roborata, nunc missa diffidenciali litera Tremoniensium fit hostis in vigilia Petri ad cathedram<sup>1</sup> habens adiutores dominos infra scriptos:

\*) B: de quibus superius folium.

\*\*) B: scilicet de Houelsporte vnnd Tolnersporte.

\*\*\*) B: Anno 1352 alsz die Verrederie durch die Slusen vorhanden was, ut supra, aldo was de hode noch vp Vnser leuen frowen thorn, Orsaken S. Renolts thorn noch nit gewesen.

Anno 1375 galt die Goltg. 4 schill.

Anno 1378 was Greff Dietrichs vehede van Dinszlaken. Do weren die Dortmündischen im Lande Dinszlaken mit 500 (alii 50) Perden, Ruthern, roueden, brennten vnnd deden groten schaden. — Comes de Marka hostis Tremoniens.

<sup>1)</sup> 21. Febr.

Hinricum episcopum Monasteriensem, ducem Ottonem de Brunswyck<sup>a</sup>, Ottonem comitem de Tekenborgh<sup>b</sup>, Ottonem comitem de Rethbergh, Fredericum de Rethbergh, Ottonem comitem de Holsacia et Schouwenberge, Hinricum de Hombergh, Baldewinum<sup>c</sup> de Steynvordia, Johannem dominum de Solmes, Johannem borchgravium de Strombergh. Et sunt numero undecim. Aliorum autem militarium, vasallorum, predonum, raptorum et diffidencium tantus erat numerus, ut vix sciri potuerit.\*

Anno Domini 1388. Fredericus episcopus de Salwerde missis literis diffidencie fit Tremoniensium hostis dominica Reminiscere habens adiutores principes et dominos hos: Adolphum archiepiscopum Maguntinensem, Cunonem<sup>d</sup> episcopum Treverensem, Borchardum episcopum Ratisponensem, Lambertum episcopum Bambergensem, Simonem episcopum Padelbornensem, Theodericum<sup>e</sup> episcopum Osnabrugensem, Rupertum ducem Bavarie, Rupertum filium eius, Fredericum comitem Palatinum et ducem Bavarie, Wilhelmum de Julia ducem de Monte, Everhardum comitem Wirtenbergensem, Fredericum borchgravium Norenbergensem, Hinricum comitem de Spanheim, Philippum dominum de Valkensteyn<sup>f</sup>, Conradum de Valkensteyn, Johannem dominum de Lymborg, Arnoldum comitem de Blankensteyn, Conradum dominum de Sleide, Theodericum dominum de Kerpen, comitem Johannem de Seyne, comitem Wilhelmum de Wyde<sup>g</sup>, dominum Valentimum de Ysenbergh<sup>h</sup>, Theodericum de Dune, Theodericum dominum de Broilborgh<sup>i</sup>, Conradum dominum de Teynborgh, Fridericum dominum de Teynborgh et Landtkrone, Gerhardum de Teynborgh. Isti omnes diffidaverunt cum domino Coloniensi et in numero sunt 34.

Anno Domini 1388. feria<sup>k</sup> secunda post Reminiscere<sup>1</sup>

\*) Als Ueberschrift hat B: Eps. Coloniens. fit hostis Tremoniens.

<sup>a</sup> Brunswik B <sup>b</sup> Teckelenborg B <sup>c</sup> Balduinum B <sup>d</sup> so am Rande, im Texte Annonem ep. Trevir. B <sup>e</sup> Theodor. B immer <sup>f</sup> — stein B immer <sup>g</sup> Wide B <sup>h</sup> Isenberg B <sup>i</sup> — borg B immer <sup>k</sup> Tremonia obsidetur 1388 Feria B

<sup>1)</sup> 24. Febr.

archiepiscopus Coloniensis et comes Engelbertus de Marka cum exercitu valde magno Tremoniam obsidere venerunt et contra portam aquilonarem, borchporten dictam, munitionem quandam erexerunt, quam Rovenborgh nominabant, et huic preerat episcopus Coloniensis cum suis. A parte vero occidental molendinum civitatis apud villam Dorstvelde contra portam occidentalem incastellaverunt. Et huic comes Engelbertus cum suis preerat. Sed quia locus iste non videbatur eis conveniens esse, ideo hac munizione destructa aliam non longe ab ea construxerunt, scilicet in villa Dorstvelde, ad cuius edificationem lapides communis platee et molendini et pontis, qui erat trans Ymschar, acceperunt. Remansit itaque totus exercitus hac prima vice in obsidione diebus quatuor et prima die duodecim trocos lapideos ex pixidibus ereis intra civitatem proiecerunt.

Tremonienses vero videntes eorum serium ad resistendum se paraverunt. Unde quosdam viros militares et in armis strenuos ex diocesi Monasterensi sibi attraxerunt, videlicet Bitterum de Raisvelt militem, qui duo castra habuit, scilicet Raisvelde et Ostendorp. Hic contra prefatos dominos cum hastis 25 sub proprio periculo et lucro gwerram duxit, pro quo civitas sibi dedit 2000 florenorum Renensium. Johannem Morriana<sup>a</sup>, qui castrum habuit Goslar, Bernhardum Drosten et Sanderum Drosten fratres, qui castrum habuerunt Vischerinck, Swederum de Schulenborch, qui castrum habuit Schulenborch, Theodoricum de Hameren, qui habuit castrum Hameren, Simonem de Bernsveld, qui habuit castrum Bredevoirt<sup>c</sup>. Hos omnes pro certo stipendio cum determinato hastarum numero conduxerunt. Prefati itaque experti et animosi tyrones comecie Markensi de suis castris magna dampna inferebant. Habuerunt insuper Tremonienses stipendiarios conductos pedestres et equestres, vernaculos expeditos in magno numero.

Feria sexta ante dominicam Jubilate<sup>1</sup> hostes cum pixidibus civitati appropinquantes 33 lapideos trocos magnos

<sup>a</sup> Morrien B <sup>b</sup> Emscher B <sup>c</sup> Bredevort B. <sup>1)</sup> 17. April.

in civitatem proiecerunt. Deinde feria tercia ante ascensionem Domini<sup>1</sup> iuxta locum Hundestelge<sup>2</sup> dictum pixides posuerunt et 22 lapides intromiserunt, quorum unus chorum fratrum predicatorum tetigit, nullum tamen dampnum intulit. Sagittarius vero civitatis contra predictum locum pixide sua ordinata primo troco, quem emisit, in pixidem hostium impedit, ut omnes tremefacti fugientes retrocederent. Deinde feria tercia ante Cantate<sup>3</sup> hostes circa locum dictum Hundestelge sex servos de civitate ceperunt.

Feria sexta ante festum Pentecostes<sup>4</sup> hostes venientes ante portam castri ceperunt de inhabitantibus 26 viros, qui in discreto secundum propria capita hinc inde circa fossata discurrebant. Unus eciam famulus imperfectus fuit et hostes magna dampna non in hominibus, sed in equis vulneratis reportaverunt.

Crastino sacramenti<sup>5</sup> Tremonienses villam Dorstvelde incenderunt et ibidem pecudes ad valorem 100 florenorum abduxerunt.

Feria quarta post Urbani<sup>6</sup> stipendiarii civitatis extra portam orientalem ceperunt Hinricum Distelhoff, Engelbertum Berchoven armigeros, famulum quoque unum: quorum equi armaque valuerunt 80 florenos.

Circa idem tempus dominus Bitterus de Raisvelde, adiutor Tremoniensium, cepit quendam militarem cognomine Schungel et illum insignem, scilicet Hugonem de Horst. Iste pro sua liberacione dedit domino Bittero 800 et 50 alde schilder. Eodem tempore capti sunt duo cives de Hammone satis divites.

In\* festo apostolorum Petri et Pauli<sup>7</sup> eiusdem anni reversi sunt principes cum magno exercitu. Figentes tentoria, facientes fructecta et plurimas casas circa domum leprosorum in campo dicto dat galgenmersch<sup>8</sup> circa patibulum civitatis se locaverunt. Sequenti proxima feria ter-

\*) B hat vorher: Nota.

<sup>1)</sup> 5. Mai. <sup>2)</sup> Unbekannt. <sup>3)</sup> 21. April (!) <sup>4)</sup> 15. Mai. <sup>5)</sup> 28. Mai.

<sup>6)</sup> 27. Mai (!) <sup>7)</sup> 29. Juni. <sup>8)</sup> im Osten der Stadt.

cia<sup>1</sup> 31 trocos lapideos intra civitatem proiecerunt, feria quinta 28, quorum quidam alcius vexillo turris sancti Reynoldi in aere volabant, feria sexta 18, dominica sequenti 27, feria tercia 13 et 6 parvos, feria quinta 8, feria sexta 19. Eodem die Tremonienses de pixide sua nova, qua nondum sagittaverant, duos trocos in hostes miserunt, quorum magnitudinem admirantes perterriti sunt. Numerus autem lapidum in hac expeditione intromissorum est 283, quorum quidam in pondere 50 talenta habuerunt. In hac lapidum multitudine nec homo nec bestia fuit interfecta (mirabile dictu) Deo suos protegente vacca dumtaxat et duobus porcis exceptis. Lapidés vero extra civitatem in hostes proiecti per eorum tentoria volabant nunc homines nunc caballos ledentes et nonnumquam mensas in tentoriis subvertentes, ut in tentoriis manere non auderent. Transactis itaque duodecim diebus, quibus totus exercitus in obsidione permansit, domum quandam in villa Koirne<sup>a</sup> supra locum Leppinckhoff dictum<sup>2</sup> munierunt, arbores in foresto et circumquaque succiderunt, blada conculcaverunt et, que poterant, in curribus abduxerunt.

Anno eodem circa festum Margarete virginis<sup>3</sup> principes in obsidione recesserunt civitatem in quatuor cornibus circumvallatam relinquentes: a parte occidentali erat municio in Dorstvelde, a parte aquilonari erat municio Rovenborgh, a parte australi erat castrum Hoirde<sup>b</sup>, a parte orientali erat municio Leppinckhoff. In omnibus hiis principes armigeros et stipendiarios reliquerunt et sic gwerra fuit continuata uno integro anno et novem mensibus.\*

In longa civium obsidione hac industriose principes in tribus spem victorie posuerunt: in civium generali prostratione, in civium discordia et seditione, in victualium indigencia et abstractione. Profecto non imprudenter, licet frustra, in hiis sperabant, utque verum fatear, nominatissime

\*) B fährt fort: Nota hanc informationem.

<sup>a</sup> Korne <sup>b</sup> Horde B

<sup>1)</sup> 30. Juni. <sup>2)</sup> Unbekannt. <sup>3)</sup> 13. Juli.

mundi civitates per hec tria devicte leguntur. Nam Hannibal, Carthaginiensium dux, per prostracionem civium Romam opulentissimam humiliavit. Tot enim Romanos prostravit et interfecit, quod tres modios anulorum aureorum e manibus interfectorum extractorum Carthaginem transmisit et de mortuorum corporibus per flumen Galba apud Cannas, Apulie vicum, pro suorum transitu pontem fecit, ut Augustinus testatur 3. de civitate Dei cap. 19. et Orosius lib. 4. cap. 15. Per hanc generalem civium prostracionem Romam, quomodo voluit, humiliavit. Deinde per intestinam discordiam et sedicionem Hector, Grecorum fortissimus, Troiam splendidissimam oppugnavit teste Alano in Anteclaudiano<sup>a</sup> dicente: „Si meas leges, si mea iura mundus servasset (Concordia<sup>1</sup>), Troie decor, inclita Troie fama<sup>b</sup> vigeret adhuc.” Denique per victualium defectum Titus, Romanorum nobilissimus, Jherosolimam<sup>c</sup> sanctissimam subiugavit et expugnavit. Tanta enim in ea erat famae, ut mulier quedam Maria nomine infantem proprium comederit. De hac re legitio Josephum et Egesippum lib. 5.

Principes per hec tria Tremoniam subiugare preten-debant, sed vere fraudati sunt a desiderio suo. Nam experta consulum prudencia, qnorum copiam ab olim habuit Tremonia contra tria premissa, tria salutaria excogitabant remedia. Sane volentes precavere civium universalem prostracionem tot conduxerunt stipendiarios, ut ad omnem expeditiōnē cives exire non erat necesse. Habuerunt enim armigeros equestres ad bella instructissimos, militares et vasallos, quorum aliqui cum tribus, aliqui cum duobus, aliqui cum uno equo serviebant et secundum numerum equorum omni mense statutum receperunt stipendum. Horum

cf.  
Aug. civ. D.  
3, 19.  
Oros. 4, 57.

Alan.  
Anteclaud.  
2, 212. 223.

Joseph. b.  
Jud. 6, 3, 4.  
Heges. 5, 40.

<sup>a</sup> so für Antiel. B <sup>b</sup> inclitae und famae B <sup>c</sup> Hyer. B.

<sup>1</sup>) sc. loquitur, denn bei Alanus spricht die Concordia:

Si mea iura, meas leges, mea foedera, mundus  
Olim servasset,  
Troiae nobilitas, Troiae decus, inclyta Troiae  
Fama vireret adhuc.

fuerunt tres capitanei, quibus omnes alii in rebus bellicis optemperabant. Quandocumque autem notabilem volebant facere, expedicionem, hos, quos in prefatis castris habebant adiutores, ad se vocabant, qui continuo cum predestinato numero venerunt. Et si requisiti ultra debitum numerum alios secum ducebant, illi a civitate certum stipendum receperunt. Nam in qualibet reysa equester aliis non stipendiatus florenum Renensem pro stipendio recepit, quorum eciam expense in hospiciis a civitate solvebantur. Sub proprio autem periculo eosdem ire et redire oportebat. Habebant insuper triginta viros Anglicos sagittarios peritissimos, quorum qui equestres fuerunt, sex florenos, qui vero pedestres, quatuor florenos quolibet mense pro stipendio receperunt. Alios adhuc habuerunt triginta viros, qui quirites, id est peickmanne dicebantur: horum quilibet tres florenos singulis mensibus recipiebat. Sed quia ipsi inobedientes minus laudabiliter egerunt, ideo de civibus intraneis robustis, scilicet pauperibus centum elegerunt, quos quirites fecerunt<sup>a</sup>, quorum quilibet omni mense quatuor solidos promeruit. Prefati itaque stipendiarii ad cottidianas<sup>b</sup> expediciones exibant. In universalis vero exitu civium tanta eorum erat multitudo, ut hostes eos invadere non auderent. In nulla vero expedicione umquam extra civitatem pernocabant. Per hec et hiis similia ultimam civium prostrationem prudenter precaverunt.

Denique ne intestinum bellum consurgeret, optimas belli tempore fecerunt ordinaciones, quibus concordiam civium nutriebant et discordie vias precludebant. Revera quia cara victualium vendicio in civitatibus obsessis inter divites et pauperes plerumque malum sedicionis seminare<sup>c</sup> visa est, ideo solerti consulum prudencia precium bladorum sub certo denario exstitit taxatum. Dabatur siquidem schepelinum tritici pro 20 denariis, silihinis 12 ♂, hordei 15, brasii pro 18, avenae 8 ♂ nec licuit vendenti in huiusmodi precium excedere statutum. Rursus ne ex onerosis belli laboribus con-

<sup>a</sup>corrigiert aus dixerunt. <sup>b</sup>quot. B. <sup>c</sup>serminare B.

cordia civium quovis modo turbaretur, equali et iusta particione huiusmodi onera nedum minoribus, sed et maioribus imponebantur. Talis itaque erat laboris nocturnalium ordinacio, ut vigilia in fossatis super quarta nocte circumeundo rediret. Alii autem erant vigiles, qui statuto tempore ad quatuor portas civitatis fossata ascenderentes per murum circuierunt et vigiles muri ad vigilandum excitaverunt et horum erant 16 iuxta quaternum numerum divisi. Alii adhuc erant vigiles, qui intra civitatem per plateas transeuntes civitatem ad intra custodiebant. Consules autem talem habuerunt vigilandi ordinem, ut omni nocte duo ex eis singuli cum duobus civibus sibi adiunctis intra civitatem vigilias custodiebant. Et hec vigilia inter consules sicut prima inter communes super quarta nocte revertebatur et consules hanc observantes erant ab aliis vigiliis exempti. Insuper constituti sunt per universam civitatem cives capitanei, quorum quilibet de suis vicinis decem sub se habuit et quilibet horum capitaneorum certum spaciū et locum muri habuit sibi deputatum, ad quem nocturnis rumoribus consurgentibus cum suis concurrere iussus erat. Nec fas erat cuiquam a loco tali sine capitanei licencia discedere. Cives autem ceteri ad murum non ordinati ad certa eis assignata loca in civitate turmatim divisi in nocturnali rumore con fugerunt<sup>a</sup>. Denique portarum custodia sic erat ordinata, ut qui ultra alias ibidem specialia ageret, speciale stipendum reportaret. In singulis enim portarum turribus erant constituti cives duo vigiles, quorum quilibet 8 ♂ singulis septimanis pro precio recipiebat, fueruntque pro singulis turribus ordinati speciales sagittarii, qui cum vigilibus frequencius turrim respiciebant. Deputabatur nichilominus singulis turribus unus consulm, qui omnibus superintendebat et speciale curam die noctuque habebat. Item inter portas civitatis in loco, qui dicitur novum opus, im nigen wercke, fuerunt omni nocte tres viri, quorum quilibet omni mense dimidiā marcam recepit pro precio. In die vero pro qua-

<sup>a</sup> configuerunt B.

libet porta duos habuit appreciatos portatorios, quorum euilibet 12 ♂ dabantur, et preter hos euilibet porte unus consulm et unus mediocrum et duo de fraternitatibus, Teutonice den gilden, custodes deputabantur. Per has itaque racionabiles ordinaciones malum sedicionis declinaverunt, intestinum bellum excluderunt, concordiam civium conservaverunt atque per hec hostium insidias evaserunt eorumque spem frustraverunt et vanam reddiderunt.

Porro victualium defectum precavere volentes, ne famis inedia premerentur, certa ediderunt statuta. Nam forestum et pascua omnibus indifferenter erant communia, ut unusquisque de graminibus et focalibus, quantum posset, introduceret, unde nonnulli pauperes tantum de hiis inferebant, ut aliis de huiusmodi venderent, alii vero de gramine introducto fenum fecerunt, quod pro hyeme reservabant. Tunc primo experientia docuit, quam utilia et necessaria sint civitati forestum et pascua. Denique tanto tempore belli non erat Tremonie frumenti cara vendicio.\* Nam duodecim annis precedentibus gwerram siligo pro parvo emebatur precio, propter quod in Tremonia tanta eius erat copia, ut tempore gwerre alio frumento consumpto siligo omnium bladorum suppleret defectum. Quare iure pensandum est, quantum expeditat reipublice, ut euilibet civium saltem pro uno anno in silagine sit provisum. Insuper non obstante obsidione agros suos extra portam orientalem usque ad leprosorium, extra portam novam usque ad viam dictam raterwegh<sup>1</sup>, extra portam austrialem usque ad locum dictum alderath<sup>2</sup>, insuper omnem agrum curie regis contra velle hostium coluerunt. De aliis autem victualibus, puta butyro, caseo, piscibus et sale ex diocesi Monasterensi tantum afferebant viri et mulieres et humeris suis nacta oportunitate inferebant, ut horum eciam in civitate non esset caritas. Portatores autem isti civitatum, per quas transibant, favorem habuerunt et auxilium. Civitas autem Monasteriensis et

\* ) Dur tidt B.

<sup>1)</sup> Randweg. <sup>2)</sup> Alte Rad-Strasze.

opidum Halterense specialem amicicie fidelitatem eis in premissis ostenderunt. Demum ne multitudine pauperum gravarentur, publico pronunciabant edicto, ut, qui per annum sibi providere non sufficerent, aliam extra civitatem mansionem quererent<sup>a</sup>, ne eorum paupertate civitas extra coangustata et circumvallata intra nequaquam gravaretur. Hiis itaque et aliis modis de victualibus sibi providebant, ut talium semper competenciam<sup>b</sup> haberent.

Continuabatur<sup>c</sup> autem gwerra duobus annis et tredecim septimanis, in quibus non obstante castrensum obsidione Tremonienses quasi omni die et nocte expediciones varias contra hostes fecerunt terram incendiis et rapinis vastantes et quam plures captivos introduceentes. Unde visum est mihi ex multis pauca referre, quatenus preteritorum speculacio casu simili se offerente futurorum sit exemplum.

Anno eodem, 1388. scilicet, circa festum sancte Margarete virginis<sup>1</sup> principes cum exercitu ab obsidione recesserunt et, ut superius dictum est, civitatem quatuor castris circumedificatam reliquerunt. Ex tunc Tremonienses cum studiosa diligencia hostibus, ut patebit, nocere inceperunt.

Anno igitur, quo supra, dominica ante Jacobi<sup>2</sup> Tremonienses villam Lutkendorpmunde\* incenderunt spoliantes ibidem iumenta valencia ultra 100 florenos et cuperunt duos villicos.

In vigilia Panthaleonis<sup>d</sup> Tremonienses edificia leprosori<sup>ii</sup><sup>\*\*</sup> destruebant et arbores prosternebant. In die Panthaleonis<sup>4</sup> hostibus ad portam venientibus Tremonienses progressi sagittis eos repulerunt et Wesselum de Westerholte cuperunt, qui tamen se captum esse negavit.

Dominica ante assumptionis Marie<sup>5</sup> Tremonienses Barpe<sup>6</sup>

\*) am Rande Lutkendorpmunde comburitur m<sup>1</sup>.

\*\*) am Rande leprosorium destruitur m<sup>1</sup>.

<sup>a</sup> vorher sibi gestrichen B <sup>b</sup> vorher copiam gestr. <sup>c</sup> continuebatur B  
<sup>d</sup> Pantal. immer B.

<sup>1)</sup> s. o. S. 70. <sup>2)</sup> 19. Juli. <sup>3)</sup> 27. Juli. <sup>4)</sup> 28. Juli. <sup>5)</sup> 9. August. <sup>6)</sup> Barop.

villam spoliaverunt et valuerunt spolia circa 20 florenos unumque ceperunt, unum quoque ex suis ibidem amiserunt.

In die Bartholomei<sup>1</sup> venerunt<sup>a</sup> de castro Ostendorp cum 40 hastis, cum quibus Tremonienses exeuntes villam Brakel<sup>b</sup> combusserunt et iumenta valencia 90 floren. abduxerunt.

In vigilia decollacionis Johannis Baptiste<sup>2</sup> in nocte Tremonienses combusserunt tho der welpe<sup>3</sup>. Keminckhusen<sup>4</sup> eadem nocte incenderunt abducentes iumenta valencia 30 floren. Westhemmerde nocte sequenti combusserunt et spoliaverunt equos de valore 50 floren. receperuntque 50 floren. ab eis, qui se ab incendio liberaverunt et unum villicum receperunt. Proxima nocte combusserunt domum Bertoldi Vorsteyn.

Sabbato ante nativitatis Marie<sup>5</sup> hostibus cum impetu venientibus ad portam orientalem sagittarii Tremonienses duos ex eis interfecerunt et multos eorum caballos vulneraverunt et unum caballum receperunt.

In nocte beati Lamberti<sup>6</sup> Tremonienses combusserunt Derne, spoliaverunt iumenta ad valorem 20 floren. Eadem nocte spoliaverunt Barpe: valuerunt spolia circa 300 goltg.

Feria quinta post Lamberti<sup>7</sup> Tremonienses spoliaverunt et ceperunt duos villicos apud Mengeringhausen<sup>8</sup> (forsan ex villa illa fuerunt) et duos occiderunt.

Item crastino beati Matthei apostoli<sup>9</sup> Tremonienses ceperunt in Schaphusen<sup>10</sup> sex villicos et igne exactionaverunt\* ibidem 30 floren. Nocte sequenti unum ceperunt et duos interfecerunt vp der lantwer.

Crastino Michaelis<sup>11</sup> ceperunt iumenta iuxta Rovenborgh de valore 60 floren.

Ipso die sancti Remigii<sup>12</sup> combusserunt Dorstvelde, de-

\*) i. e. brantschatteden B.

<sup>a</sup> fehlt ei? <sup>b</sup> Brakell B.

<sup>1)</sup> 24. August. <sup>2)</sup> 28. August. <sup>3)</sup> Wo? <sup>4)</sup> K. nördlich v. Dortm.  
<sup>5)</sup> 5. Sept. <sup>6)</sup> 17. Sept. <sup>7)</sup> 24. Sept. <sup>8)</sup> Menglinghausen. <sup>9)</sup> 22. Sept.  
<sup>10)</sup> bei Werl. <sup>11)</sup> 30. Sept. <sup>12)</sup> 1. Oct.

struxerunt arbores et spoliaverunt iumenta ad 70 floren.  
valorem.]

Sabbato<sup>a</sup> post Remigii<sup>1</sup> Tremonienses cum tota potencia quasi vir unus contra castrum Rovenborgh exierunt et accedentes illud viriliter cum impetu ante meridiem optimuerunt illud. Invenerunt autem in castro 62<sup>b</sup> viros, quorum octo ictu sagittarum interfecti fuerunt, alii vero capti sunt. Horum erant duo capitanei, scilicet Petrus de Westerholte et Wesselus de Westerholte fratres. Wesselus fuit graviter vulneratus et tercio die apoplexia tactus mortuus est. Item invenerunt ibidem 19 caballos bonos, armaturas optimas et multa victualia. Et quia Tremonienses longam moram ibidem facere solebant, castrum cito incenderunt et sic multi boni caballi et arma et multa alia igne perierunt. Item spoliaverunt ibidem quatuor pixides ereas et de vinculis liberaverunt duos cives ibidem captos. In ista expeditione multi Tremoniensium fuerunt graviter vulnerati, sed ex omnibus illis unus solus Deo volente mortuus est. Eodem die combusserunt Holthusen<sup>2</sup> et spoliaverunt iumenta valencia 60 florenos.

Proxima feria secunda<sup>3</sup> omnes Tremonienses utriusque sexus, viri et mulieres, ad locum, quo Rovenborgh steterat, redierunt. Tunc arbores succiderunt, fossata impleverunt, munitionem omnem destruxerunt et singula planificaverunt.

Preterea\* in hac longa gwerra Tremonienses sine dampo non evaserunt hominum et rerum, Deo tamen et sancto Reynoldo ordinante in comparacione ad dampna, que ipsi hostibus inferebant, parva fuerunt ea, que ipsi ab eisdem sustinuerunt. Nam per totam gwerram non nisi circa 30 mortuos seu occisos habuerunt. Item de stipendiariis

\* ) Als Randbemerkung zu diesem und dem folgenden Absatz hat A von fünfter, B von erster Hand: Pauca damna Tremoniensium respec- tive inhoneste (—ta B) peracta.

<sup>a</sup> Hier setzt A ein. <sup>b</sup> inv. a. 72 B.

<sup>1</sup>) 3. Oct. <sup>2</sup>) Holthausen nördl. v. Dortmund. <sup>3</sup>) 6. Oct.

equestribus solum duodecim capti fuerunt. Item de pedestribus stipendiatis simul et inhabitantibus civibus et famulis capti fuerunt ducenti. Horum plures obedire nolentes secundum propria capita imprudenter hinc inde cucurrerunt et sic seipsos neglexunt. Illi vero, qui inter captos laudabiliter et obedienter egerant, vel permutacione vel pecunia a Tremoniensibus redimebantur.

Insuper sciendum est, quod hostes Tremoniensium et presertim Markenses multa in honesta, enormia et detestabilia crimina perpetraverunt, nam mulieres captivabant, vinculabant et exactionabant, quarum aliquas oportuit dare pecunias, aliquas linea vestimenta, aliquas calcios seu calciamenta. Item aliquas earum graviter percurrebant et vulnerabant<sup>a</sup>, ymmo aliquarum aures prescindebant, aliquas opprimebant, aliquarum vestes ab uberibus et infra prescindebant et sic eas inferioribus denudatis ad civitatem remiserunt et, quod omnium detestabilissimum est, aliquas impregnatas in aquis submerserunt.

Item religiosos et presbiteros captivabant et spoliabant. Simile fecerunt nunciis et literarum referendariis, quorum eciam literas aperuerunt. Ecclesias eciam et loca sacra violaverunt et spoliaverunt.

Restat\* videre de dietis et tractatibus infra gwerram habitis. Ubi sciendum, quod principes tempore gwerre treugas nullomodo admittere volebant, dietas tamen et placita<sup>b</sup> admiserunt sepius et in diversis locis, ut infra patebit.

Anno Domini 1388. in die nativitatis sancti Johannis Baptiste<sup>1</sup> prima dies placiti habita est ante portam orientalem, ubi qui a domino Coloniensi missi fuerant, impetionem fecerunt contra Tremonienses asserentes civitatem Tremonensem domino Coloniensi et suis predecessoribus ab imperatore Romanorum quondam esse impignoratam pro

\*) A und B wie oben: Dieta et placita.

<sup>a</sup>et v. am Rande A <sup>b</sup>tractatus gestrichen A.

<sup>1)</sup> 24. Juni.

centum milibus et duodecim milibus librarum puri argenti.\* De violenta ergo et iniusta detencione sibi impignorate civitatis pecuit iusticie complementum. Super quo Tremonienses responderunt, quod, si dominus episcopus literas aliquas haberet sibi traditas a civitate Tremoniensi, super illis vellent sibi respondere, et si forsan ab imperatore literas haberet, posset cum illis Romanum imperium impetrare, non eos, quia ipsi haberent civitatem et dominium a progenitoribus eorum eis relictum et hoc ab imperatore feodali iure retinerent: et in fine concluserunt petentes, quod dominus episcopus vellet gwerram deponere, ipsi vellent sibi facere, quidquid ius et racio dietaret faciendum. Hac responsione data non fuit ultra processum.

Tunc accedentes hii, qui missi fuerant a comite Engelberto, proponentes et ex quadam litera legentes varia et diversa puncta\*\* in quibus asserebant comitem a Tremoniensibus fuisse lesum et iniuriatum, et fuerunt puncta numero septendecim. Inter que iste erat primus et principalis<sup>a</sup>, quod Agnetam de Vyrbeke, Conradum, filium eius, et Conradum, filium comitis Tremoniensis, suos subditos, iniuste et innocenter occidissent eo irquisito spreto et non invocato: item quod de suo dominio aliqua violenter sibi abstulissent: item quod Ymschar<sup>t</sup> fluvium in alias vias fluere<sup>b</sup> fecissent. Hec et plura alia ex quadam litera legebant et, cum Tremonienses super singulos articulos respondissent, in fine petebant, ut super hec placita instituerentur in loco expressato in litera confederacionis, quam comes eis dedisset. Cumque dicta litera ad eorum postulacionem fuisse lecta ibidem et audita, responderunt literam illam per transgressionem Tremoniensium fore cassatam et annullatam et sic dieta illa fuit sine fine terminata.

\*) Wie vorher A und B: Tremonia impignorata esse asseritur.

\*\*) Wie oben A: ... Comitis Mark. B: Articuli Comitis.

<sup>a</sup> so A u. B. <sup>b</sup> vorher currere gestr. A.

<sup>1)</sup> Emscher.

Anno, quo supra, secunda dies placiti fuit in Brakel, habita, in qua nichil fuit conclusum.

Tertia dies placiti habita est in Oildinckhoven,<sup>a 1</sup> sed nichil ibi conclusum est.

Quarta dies placiti fuit iterum in Oldinchoven, sed frustra.

Quinta apud Rovenborch, ubi eciam nichil conclusum est.

Anno Domini 1389. sexta dies placiti habita est in festo nativitatis virginis gloriose.<sup>2</sup> Huic interfuit dominus Everhardus de Westerheym, suffraganeus domini Coloniensis de ordine predicatorum assumptus, nativus conventus Tremoniensis, sed in hac dieta nichil fuit conclusum.

Septima dies placiti habita est in Unna feria secunda ante Michaelis<sup>3</sup> eiusdem anni.

Octava habita est ibidem feria quarta post Victoris.<sup>b 4</sup>

Nona dieta procurata est per proconsules et consules Sozacienses et assignata in Unna ad feriam quintam proximam post<sup>c</sup> festum omnium sanctorum.<sup>5</sup> Et est sciendum, quod usque ad hanc dietam principes semper postulabant gravia puncta contra Tremoniensium libertates. Insuper postulabant ab eisdem sexaginta milia clipeorum veterum<sup>d</sup>. Tremonienses vero semper exhibuerunt se facturos principibus omne id, quod iuris et iusticie esset ad arbitrium quatuor civitatum, scilicet Coloniensis, Monasteriensis, Sozaciensis et Osnabrugensis, vel ad dictamen inclitissimi domini Wentzlai regis Romanorum. Adveniente itaque hac nova dieta de consensu parcium translata est in Oldinchoven ad feriam sextam post festum omnium sanctorum<sup>e</sup>, ubi post longum tractatum gwerra composita est modo et forma infra scriptis.

Anno Domini 1389. feria sexta post festum omnium sanctorum comparuerunt in Oldinchoven principes et Tremonienses ad dietam ibidem institutam. Aderant eciam

<sup>a</sup> Aldinckhouen B <sup>b</sup> Gereonis B <sup>c</sup> so aus ante corr. A <sup>d</sup> veterorum A B.

<sup>1)</sup> Jetzt unbekannt. <sup>2)</sup> 8. Sept. <sup>3)</sup> 27. Sept. <sup>4)</sup> 13. Oct. <sup>5)</sup> 4. Novemb. <sup>6)</sup> 5. Novemb.

quidam spectabiles viri de consolatu Sozaciensi, videlicet Didericus de Meyninckhusen, Didericus de Lunen proconsules et Hermannus de Loe. Tunc principes pretermisssis articulis, quos pridem contra libertatem Tremoniensium postulabant, magnam pecunie summam solummodo ab eisdem requirebant et, cum Tremonienses pecuniam dare recusarent, placitatum est continuis 18 diebus. Interea factum est, quod Johannes Morrian, Didericus de Hameren, Bernhardus Droste, adiutores Tremoniensium, cuperunt dominum Didericum de Volmestene militem una cum duodecim aliis bonis captivis. Tandem videntibus Sozaciensibus, quod sine donacione pecuniarum negocium non poterat componi aut terminari et quod Tremonienses in id non poterant flecti, persuaserunt Tremoniensibus, ut utrisque dominis 14 milia florenorum Sozaciensium<sup>a</sup> darent tali pacto, ut eis mediantibus inter dominum Coloniensem et Tremonienses confederatio practicaretur, quam et ipsi inire vellent, et intuitu huius confederacionis dominus Coloniensis septem milia florenorum Tremoniensibus integraliter remittere deberet. Hac promissione Tremonienses a Sozaciensibus persuasi consensum prebuerunt. Dominica igitur proxima ante festum Cecilie virginis<sup>1</sup> composicio fuit pronunciata, ut Tremonienses omnibus suis libertatibus salvis et illesis permanentibus<sup>b</sup> domino Coloniensi et comiti Markensi pro amicabili compositione in statutis terminis deberent quatuordecim milia florenorum liberaliter propinare. Tunc comes Engelbertus a Johanne Morrian et suis sociis requisivit, an redditis captivis componi cum eo vellent vel captivos retinere et hostes permanere. At illi captivos retinere maluerunt et sic permansit hostilitas inter comitem et prefatos militares, qui captivos, scilicet Tidericum de Volmestene militem cum suis, in sippis exactionantes receperunt ab eis quinque milia et quingentos florenorum. Tunc comes vindicare se

<sup>a</sup>S. am Rande A, fehlt B <sup>b</sup>et — perm. am Rande A, im Texte B.

<sup>1</sup>) 21. Nov.

volens cum magno exercitu dioecesis Monasteriensem ingressus est prefatos milites dampnificare volens, quod cum fecisset, bona eciam diocesis et aliorum militarium vastavit et in preda abduxit. Ex hoc provocatus episcopus cum capitulo, militaribus et civitatibus hostes comitis facti sunt habentes adiutorem espiscopum Osnabrugensem. Quibus tandem dominus Fredericus archiepiscopus Coloniensis contra eundem comitem se confederavit. Qui simul cum valido exercitu terram Markensium intraverunt preda et incendio eam vastantes, incipientes a Bodecke<sup>1</sup> usque in Brakele, quo venientes Tremonienses suis precibus villam illam apud dominos salvabant. Inde divertentes in Apelderbeke<sup>2</sup> processerunt et sic hinc inde girantes spolio et igne gravia dampna comiti intulerunt.

Preterea quia in compositione gwerre inter principes et Tremonienses dictum fuerat de confederacione facienda inter dominum Coloniensem et Tremonienses et de remissione pecunie, ut superius dictum est, ideo Sozacienses et Tremonienses ad perficiendum ista diversa habuerunt placita, in quibus nichil fuit conclusum, quia episcopus industriose semper de tempore in tempus causam prorogavit. Tandem adveniente termino, quo Tremonienses septem milia florenorum episcopo solvere debebant, requisiti ab eo pecuniam integraliter solvebant. Postolucionem episcopus cum Tremoniensibus confederacionem facere voluit, sed Tremonienses hoc recusabant pro tanto, quia pecunia, que occasione confederacionis remitti debebat, iam per eos fuerat soluta. Et licet episcopus pro confederacione satis instaret, Tremonienses tamen, quia iam circumventi erant, consentire nolebant.\*

\*) Hier endigt die erste Hand in A mitten auf der Seite ohne äusseres Schlusszeichen. B hat am Rande von späterer Hand: Hucusque Niderhoffius. Vide manuscriptum superius.

<sup>1)</sup> Unbekannt. <sup>2)</sup> Aplerbeck.